



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Titvlvs XLIX. De Immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas
pertinentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

NOTÆ.

1. (a) **C**oelestinus.] Ita etiam legitur in secunda collectione, *sub hoc titulo cap. final.* nullibi tamen exprimitur cui rescribat Pontifex, nec ubi integra epistola reperitur. In presenti autem fragmento tantum docetur, juramentum de non alienandis rebus Ecclesie ab Episcopo præstitum, seu generaliter illud respectu omnium suæ dicecesis Ecclesiarum, seu tantum suæ

Ecclesie Cathedralis, non impedire, quin infra alterius parochiam novam erigat Ecclesiam, et si inde minuatur parochianorum numerus, atque personales saltem obventiones decreascent; taxat, & eas quidem illicitas, vel non necessarias alienationes restringendum est, argumento textus in capite ad nostram 21. de *jurejur.* *l. ultion. ff. quæst. iud. cog.* de quo juramento egi in cap. ...

TITVLVS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

CAPUT I.

Ex Synodo (a) Joannis Papæ.

VT (b) in domibus Ecclesiarum, neque (c) missus, neque (d) comes, vel iudex (e) publicus, vel minister, quasi pro consuetudine, nec (f) placitum, nec auspiciis vindicent: sed in (g) publicis rebus domos constituant, in quibus placitum teneant, & secundum antiquam consuetudinem hospitentur.

NOTÆ.

1. (a) **J**oannis Papæ.] Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc titulo cap. 1.* nullibi tamen exprimitur ex qua Synodo transcriptus sit textus hic; facile tamen id apparet ex Baronio *tom. 9. anno Christi 904.* Severino Bini *tom. 3. part. 2. Concil. pag. 137.* qui referunt sub Joanne Papa IX. Ravennæ Concilium celebratum fuisse, ut acta Stephani VII. contra Formosum improbarentur, & damnarentur coram Lamberto Imperatore: & inter 12. canones in ea Synodo sancitos, *can. 11.* hæc verba reperiuntur: *Ut in domibus Ecclesiarum, nec missus, nec comes, vel iudex, quasi pro consuetudine, nec placitum, nec hospitium vindicent, sed in publicis vicis domos constituant, in quibus placitum teneant, & secundum antiquam consuetudinem hospitentur.* De hac Synodo alia notavi in capite *final. de offic. Archiepiscop.* nec est necesse in hoc canone supplere verbum *statuimus*, ut fecit Glossa, cum plerumque canones Conciliorum absque eo verbo proferantur, ut constat ex canonibus editis in Conciliis Cæsaraugust. Valentino Gallie, Arclat. 4. sub Leone III. R. hementi r. sub Leone.

2. (b) *In domibus Ecclesiarum.*] Hostiensis in presenti, *num. 1.* Panormit. *num. 3.* Sylvester *verbo Immunitas 1. num. 3.* Azor *part. 1. lib. 9. cap. 9. quæst. 7.* existimant in presenti appellatione domus Ecclesiarum, non tantum ipsas Ecclesias significari, verum etiam domos privatas, quæ ad jus, & dominium Ecclesie pertinent, quia non tantum Ecclesia ipsa, verum etiam ejus domus

presenti immunitate gaudent. Quæ doctrina facilius admittetur, si sciamus, jam à primis Ecclesiarum sæculis inter alia bona immobilia, Ecclesiarum domos possedisse: unde Gregorius Magnus *epist. 19. lib. 3.* redditus omnes adis sanctæ Agathæ, cui Leonem acolytum præfecerat, assignat in pensionibus domorum urbanarum, his verbis: *Ideo pensiones omnium domorum in hac urbe constitutarum, quas prædictam Ecclesiam temporibus habuisse Gothorum constituit, annis singulis congregare non desinas, & quantum in sacris relictis, vel luminaribus, aliisque reparatione ejusdem Ecclesie necessarium fuerit, erogare omnibus modis studebis.* Hoc autem singulare notandum est, quod iis domibus, quæ ad Ecclesias pertinebant, tituli, & insignia Ecclesiarum inscribi solebant; hocque ritum Ecclesia possessionem domus acquirere credebatur: quare ipse Sanctus Gregorius *lib. 1. epist. 63.* agnoscens Petronii domum injustè à Constantino defensore Ecclesie titulatam; jubet titulos deici, & deponi, quos ignorantia Constantini præfixerat, his verbis: *Quoniam docti sumus domum Petronii notarii S. Romanae Ecclesie, cui Deo auctore præsidemus, à Constantino tunc defensore irrationabiliter titulatam, experientia tua presenti præcepti paginâ demandamus, ut omni excusatione, vel dilacione omisâ, deposito titulo eandem domum presentium latrici Theodora relicta antedicti Petronii sine mora restituas.* Immo Ecclesia, ut Sacerdotum, ac Clericorum quieti consulere, domos illis comparabat, in quibus commodè deberent ad officii sui patres pie

& religiose obeundas, ut constat ex capite 2. de iurapatron. in 5. capit. ibi: Serenitatem tuam rogamus, rotemus, & hortamur attentè, quatenus cum indecens modis omnibus videatur, in Ecclesia memorata competenti dote penitus sine experia, ipsarum quilibet saltem 30. passus terra juxta canonicas sanctiones in liberam elemosynam extra cimiterium à parte qualibet earundem ad domos clericorum faciendas, ibidem liberaliter largiaris. Et l. 7. tit. 13. lib. 1. recop. & hæc domus dicebantur Ecclesiastica, sive domus Ecclesiarum. Earum meminerunt Eusebius lib. 7. histor. Eccles. cap. 24. ibi: Verum cum Paulus ex Episcopi domo, ejus Ecclesia propria, exire vellet, Imperator Aurel. de ea ro rogatus sententiam largitissimè quid agendum esset decrevit; præcepit enim, ut domus Ecclesia in tribueretur, quibus Christiani Italiae, & urbis Romæ Episcopi eribundam præserberent. Gregorius Turon. lib. 1. miracul. cap. 39. ibi: Mulier succensa libidine, operata peccati tenebris pergit ad domum Ecclesie per tenebras noctis: cumque oblectata omnia reperisset, pulsare foras Ecclesiastica domus cepit, ac voces ejusmodi dare: Quousque Sacerdos dormis? Quousque clausa hostia non reseras. Referri le Maître libro 1. de iuribus Eccles. capite 16. De quibus domibus Ecclesiarum accipiendus est præfens textus.

(.) *Missus.* Glossa in præfenti, pro *missio* exponit executores, vel officialem: quam sequuntur Hostiensis, & Abbas in præfenti. Sed hæc Glossæ expositio admitti non potest; nam statim in eodem textu prout jacet in hac sexta compilatione ponitur *minister*, qui idem est, ac executor, l. ordine 15. ff. ad municip. cap. novit 43. de appellat. cap. pastoralis, §. quia verò, de offic. deleg. notari in l. ab executoribus 4. ff. de appell. Verus ergo est, missum in præfenti significare Legatum directum à Principe pro qualicunque Ecclesiastica, aut publica utilitate, vel opportunitate, qui corrigeret quæ corrigenda essent. Folcardus in histor. Rheimens. ibi: *Talpinum sequitur Ursarius, qui à præfato Imperatore Magno Carolo missus dominicus ad recta iudicia determinanda fuerat ante Episcopum constitutus super totam Campaniam.* Aymonius lib. 5. cap. 1. ibi: *Ad parvam scilicet nostri missi sui discurrentes dissolvere debeant.* Quo modo missi dominici accipiuntur in legibus Longob. lib. 2. tit. 16. 18. & 29. legibus Aleman. tit. 21. 30. & 36. capitul. Caroli libro 1. tit. 122. & lib. 2. tit. 18. & libro 4. tit. 30. 32. & 44. lib. 5. cap. 19. & aliis congestis à Lindembrogio in glossar. legum antiq. verbo *Missus*. Diverſique erant hi missi dominici à missis discurrentibus, quorum munus erat mandata Principum deferre per provincias; notavit P. Marcha lib. 4. concord. cap. 8. Quater enim in anno in Gallia à Rege Legati mittebantur per Provincias, ut si quid Episcopi, aut Comites negligenter egissent, per eorum admonitionem corrigeretur, illisque quibus à Comite jus dictum non esset, ipsi dicerent, & pleraque negotia Regis nomine perficerent, aut ad eum referrent. Constitutiones quoque Principum, seu capitularium ab illis per Provincias transmittabantur, & annuntiabantur, qui ideo dicebantur missi, cap. 2. de regul. ut etiam Legati à Pontifice per Provincias directi, legati missi dicuntur, cap. excommunicamus, ubi notavi, de offic. Legat. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

gat. cap. 1. eod. tit. in 6. notarunt Cironius ad tit. de offic. Legat. & ad titulum de appell. Leo Pinel. in cap. 2. num. 197. Inde etiam militarium dicitur tractus ille, cui præerat missus, eratque is tractus nunc plurimum, nunc pauciorum pagorum, ut accipitur in constitutionibus Caroli Calvi, tit. 12. cap. 12. ibi: *Ut unusquisque missus in sua missatico provisionem habeat, ut si aliquis de nostris fidelibus per missaticum summa transferit, aut ibi consistens, aut commanens, rapinas fecerit.* Ubi notavit Carolus Simundus, & S. Bonifacius Martyr episc. 115. Postea verò contigit, ut Dominus Imperator patrialem meum Ricolf. miseret in missaticum super Elibam cum his inferius scriptis. Illustrant Lindembrog. in glossar. verbo *Missaticum*. Vossius de vit. serm. lib. 3. cap. 27. Zerda in advers. cap. 155. num. 22.

(d) *Comes.* Pro temporis varietate varii generis fuerunt Comites. Ante Constantini tempora illi Comites appellabantur, qui Proconsoles, Præsidesque in Provincias sequebantur officii gratia. Cornel. Fronto de differentis Latinum sermonis, ibi: *Comes iter facti, affecta sequitur potentiorum.* Cicero, in Verrem, ibi: *Comites illi tui dilecti manus erant tuae, Præsidi, Scribae, Medici, Aruspices, Praecones.* Præcipuum verò Comitum locum tenebant assessores Præsidi, qui eis in iudiciis assidebant, de quibus in l. 4. ff. de offic. assess. ibi: *Defuncto Præsidi ante diem residui temporis, salarium deberi ait Comitibus.* Et l. legati 12. §. Comitibus, ff. de vacat. muner. ibi: *Comites Præsidi, & Praeconsulum.* Et l. 1. §. sed si, ff. de extraord. cognit. ibi: *Sed est Comitibus salarium petant.* Et l. 5. ff. ad leg. jul. repetund. ibi: *In Comitibus quoque ex hac lege iudicium datur.* Et l. Senatusconsulto 16. ff. offic. Præsidi, ibi: *Senatusconsulto cavetur, ut de his, qui Provincias regentes comites, aut libertini.* Et l. 4. ff. de offic. assess. ibi: *Diem sancto Legati Caesaris Comitibus residui temporis.* Et l. 6. §. penult. ff. de penis, l. 41. §. 1. ff. de excusat. iur. Illustrant Casajus lib. 4. respons. Papei. in l. diem sancto, ff. de offic. Proconsul. Gothofredus l. in diem 4. de offic. assess. Vivar. ad Flavium Dextrum, pag. 32. Baronius in Martyrol. die 31. Maji. A Constantino Comitibus nomen omnibus Magistratibus datum fuit, qui sacrum Comitatum observabant, vel ex eo probabant, quali loci laborum; immò & honorarii tituli vice fuit, sine actu, sine administratione. De his Comitibus, tam primi, secundi, quam tertii ordinis agitur in l. unie. C. de Comitibus cons. l. 1. & 2. C. de Comitibus rei milit. l. unie. C. Theod. de comit. & arcar. l. 17. & 18. C. Theodof. de proxim. Comitum, l. 127. C. Theodof. de Decur. l. 9. & 10. C. Theodof. de suar. & pecuar. Gothi etiam & Franci singulis civitatibus Comitibus exemplo Romanorum præfecerunt. Gregorius Turon. libro 6. capite 41. ibi: *Mistique ad Ducem, & Comites civitatum nuncios.* Ipsi Comites in pace juri dicundo operam dabant. Gregorius Turon. lib. 8. cap. 18. ibi: *Gondovaldus autem Comitatum Meldensem super Overpinnæ competit, ingressusque urbem, causarum actionem agere cepit.* Idem lib. 10. cap. 6. Unde in Concilio Vernetensi can. 23. ita cavetur: *De comitibus vel iudicibus ad eorum placita primò viduarum orphanorum, vel Ecclesiarum causas audiant, & desinant in elemosyna Domini Regis, & postea alias causas cum iustitia.* Cabilon. 2. cap. 21. ibi: *Comitibus verò, & iudicibus hoc summo opere observandum est.*

est, ut iure iudicent, & nequaquam in iudicio munus, seu personam accipiant. Tribur. can. 9. ibi: Si Episcopus Ecclesiasticum, & Comes saculare placitum eadem die condixerim; placitum Comes postponatur. In Concilio Tolet. i. sub Recharedo mentio fit diverforum Comitum. Plura de his Comitibus, & eorum officiis ac jurisdictione tradunt Altesera de comitibus lib. 1. cap. 3. 4. & 5. Zerda in advers. cap. 91. num. 9. & 21. Crespetius in summa, verbo Comes, Bignonius in not. ad Marculf. lib. 1. de formul. cap. 8. Morla in empor. tit. 2. q. 28. num. 2. Ramirez de Prado in fragment. advers. Luitprand.

5. (e) *Judex publicus, vel minister.* In his verbis superfluum videtur verbum, *publicus*; constat enim, iudices publicos esse, siquidem iudex dicitur, quali jus dicens populo, cap. foris, §. iudex, de V. S. quique publica fungitur potestate, l. 2. §. postea, ff. de orig. jur. unde videtur abundare verbum *publicus*, quod deest in dicto canone apud Baronium, & Binium: nisi dicamus cum Hostiensis & Abbate, per illa verba, *iudex publicus*, majores iudices significari; & per verbum *minister*, iudicem inferiorem, ut sic omnes Magistratus presentis prohibitione comprehenderentur.

6. (f) *Placitum.* Id est iudicium civile, iurgium, seu contentionem forensam, cap. placita 15. q. 4. Concil. Ticinense sub Leone IV. p. 3. ubi PP. ipsius Concilii coram Imperatore conqueruntur, quod ministri Comitum propter frequentia iurgia populum nimis affligebant, & ajunt: Quosdam ministros Comitum propter frequentia placita pauperiore populum nimis affligere comperimus. Et in Concil. Meldensican. 76. ita cavetur: Ut Regia Majestas observare precipiat omnibus rei publicae ministris, quod à divina auctoritate, & SS. PP. constitutione cautum esse dignoscitur, ut nemo Comitum, aut quisquam ex iudiciaria potestate, post quartam feriam, quae caput jejunii nominatur, placitum, seu malum tenere praesumat. Illustrat Hothomanus in FrancoGal. cap. 10. & 11. morisenim erat olim sub dio causas agere, atque in portis civitatum: sed plerumque ob ingraentes pluvias; aut Solis ardores in templum juris dicendi causa sese recipiebant Comitès: quod prohibuerunt Ecclesia Patres in Concilio Ravennat. 2. tempore Clementis V. rubric. 12. ibi: Cum domum Dei deceat sanctitudo, dicente Domino: Domus mea domus orationis vocabitur; & valde indignum sit, & devotioni cultus sit contrarium, quod in Ecclesiis fiant mercato, tractatus, & mercimonia laborum, & ponantur in eis vasa, & alia non deputata ad executionem, & obsequium divinum: Statuimus & articulis prohibemus, ne de cetero in Ecclesiis fiant mercato, sive teneantur vasa, sive mercimonia laicorum, nec iudicialia tractentur temporalia, nec fiant in eis coadunationes viciniae, vel tractatus, seu publica parlamenta, nisi forte tempore guerrarum. Necnon Imperator Carolus statuit, ut ipsi iudices domos sibi constituerent, in quibus malum tenerent, non vero in Ecclesiis, lib. 4. capitul. cap. 28. ibi: Malus tamen nec in Ecclesia, nec in atrio ejus habeatur. Dicemus infra, in cap. 5.

7. (g) *Publicis locis domos constituant.* Ad Praetorium videlicet, quod proprie accipitur ubi jus dicitur, l. penult. alias finali, C. de offic. Rector. provinc. ubi Mornac, cui & Praesidium domus haerent, l. 3. C. de oper. publico. l. 3. C. de metal. lib. 12. l. ult. C. Theodos. de offic. omn. iudic. unde apud D. Joannem cap. 18. legitur, Judæos non

fuisse ingresses Praetorium, ne contaminarentur, sed manducarent Pascha. Illustrat Pancirola lib. 2. variar. cap. 191. P. Faber lib. 1. semestr. cap. 1. De locis ubi Romani jus reddebant, agit Polletus lib. histor. fori, cap. 4.

COMMENTARIUM.

EX hoc canone communiter talis deducitur assertio: In domibus Ecclesiarum, in quibus Concilio clerici degunt, non debent iudices laici hospitium profanum sibi vindicare. Quae assertio probari potest ex cap. praeterea 28. ibi: Albergerias, juncta ejus verbi notâ, de iure patron. Concil. Salisburg. sub Martino V. Seculares, Ecclesiasticæ personæ, quacunque dignitate praesulgeant, Romanorum Rege, sui conjuge, & filijs exceptis, Ecclesiam, ecclesiasticamque bona, iura, & jurisdictiones, seu Ecclesiarum vassallos publicè occupare, aut invadere quomodolibet non praesumant, Et l. 1. in fine, C. de Episcop. & cleric. quae extat aliquibus verbis adjectis in l. 2. C. Theodos. cod. tit. cujus auctor est Constantinus, non Magnus, primus Catholicorum Imperator, ut Glossa existimavit; sed Constantinus Junior: nam textus ille Placido, & Romulo Confulibus emanavit. Hi autem non sub Constantino Magno, sed sub Constantino Junio floruerunt, l. 51. tit. 5. p. 1. l. 27. tit. 3. lib. 1. l. 2. tit. 21. lib. 2. ordin. l. 7. tit. 3. lib. 1. recopul. Illustrat: ultra congestos à Barbola in presentis, Germonius lib. 2. de sacror. immunit. cap. 15. n. 13. Boëtius Epon. hic, Sylvestri in summa, verbo immunitas l. n. 3. Azor p. 2. instit. mor. lib. 9. cap. 9. quest. 8. P. Suarez tom. 1. de relig. libro 3. cap. 13. numer. 13. Bonac. ad Bul. cœna Domini, q. 19. punct. 3. §. 1. num. 5. Coriolanus in explicat. ipsius Bullae, excom. 18. vers. 5. Gregori Lop. 2. & Didacus Perez in dictis legibus partit. & ordin. Altesera de Ducibus, libro 3. capite 16. & libro 6. dissert. cap. 17.

Sed hæc assertio difficilis valde redditur sequenti juris consideratione; nam munus hospitii recipiendi est patrimoniale, l. 3. §. minus, ff. de muner. & honor. ibi: Munus hospitii recipiendi, non persona, sed patrimonii onus est. Et l. sunt muner. ff. de vacat. & excus. mun. l. 3. C. de muner. patri. lib. 10. junct. l. munerum, §. patrimon. ff. de muner. & honor. sed à muneribus patrimonialibus nemo excusatur, l. muner. §. patrimoniarum, ibi: Ab hujusmodi muneribus, nec Principiaris, nec veteranis, aut milis, autive qui privilegio aliquo subnixus est, nec Pontifex excusatur. Ubi Glossa deducit: Ergo nec clericus, nec Ecclesia. Quae sententia probatur ex l. de his, C. de Episcop. & cleric. l. 2. C. de muner. patri. lib. 10. Igitur domus Ecclesiarum tenentur recipere iudices, seu Legatos Principis; siquidem ab eo onere patrimoniali, quia non persona, sed rei est, nemo excusatur, præcipue cum agitur de hospitio præbendo ministris Regis: nam inter regalia jura illud præcipuum numeratur, ut non solum Principi, verum & ejus ministris, & consiliariis habitatio præbeatur, l. 2. & per tot. C. de metatis, & epid. lib. 12. l. 1. & per tot. tit. 15. lib. 3. recopul. docent Avendanno in diction. verb. Huespedes. Aviles in cap. 8. Praetorum, verbo Dineros. Mastrillo de Magistr. libro 3. cap. 16. num. 178. Solorzanus de iure honor. num. 416. qui numero sequenti cum Oralora, & Gregorio Lopez resolvit, Ecclesiasticos ab hoc onere

onere exemptos non esse, nisi specialis immunitas illis concedatur: ergo ritè, & rectè Comites; & alii iudices possunt hospitium sibi vindicare in domibus Ecclesiarum, etiam in eis clericis habitent. Augetur hæc difficultas ex eo, nam omnes fideles, maxime Ecclesiastici, tenentur hospitalitatem exercere, cap. 1. cap. quiescamus, & per tot. 4. 2. diff. probavi in cap. 2. de supplend. neglig. cap. 1. de emptio. & vendic. Ergo non debent eximi ab hospitiio iudicum, & aliorum Magistratum.

10. Quæ dubitandi ratione non obstante vera est Immunitas præfens assertio, cuius rationem ut assignemus qua, & sciendum est, immunitatem dici quasi muneris vacationem, exemptionem, seu libertatem à muneribus alioquin communibus; ita nimirum dictam, quasi expertem muneris, vel sine munere, id est onere: Munus enim præter donum significat etiam nunc onus, nunc officium sine dignitate, & honore, l. munus 18. ff. de V. S. quæ propter immunitas Ecclesiastica ita definitur: Est jus, quo loca, vel persone Ecclesiastica à communi onere, seu obligatione libera. & exempta sunt. Et ideo alio nomine vocari solet libertas, seu exemptio Ecclesiastica, cap. adversus, hoc tit. docent Covar. lib. 2. var. cap. 20. Lupus de libert. Eccles. p. 2. quæst. 11. Suarez de censur. disput. 21. sect. 2. num. 89. Azor tom. 2. lib. 9. cap. 8. Hæc autem immunitas, seu emunitas, ut voluerunt Pitheus in Glossario, Zorda in advers. cap. 191. Ecclesiastica est triplex: Prima localis, quæ competit Ecclesiis, & aliis piis locis, de qua in cap. inter alia, hoc tit. Secunda personalis, quæ competit Ecclesiasticis personis, etiam in ordine ad causas, de qua in cap. non minus, hoc tit. cap. clerici, de iudiciis, cap. 1. de foro compet. Tertia realis, quæ competit Ecclesiasticis rebus, seu bonis, de qua in præfenti textu agitur.

11. Ideo autem in domibus Ecclesiarum iudices, & seculares Magistratus nequeunt hospitium quærere, aut sibi vindicare, quia hæc immunitas ab hoc patrimoniali munere præbendi hospitium, jam ab Imperatore Constantino concessa fuerat in d. l. 1. de Episcop. & Cleric. & in formula ipsa immunitatis Ecclesiastica relata à Marculfo lib. 1. formul. cap. 3. specialiter cavetur, ne Ecclesie villæ, aut possessiones mansiones, seu paratas præstent. Solebant enim subditi hospitio non modo recipere milites, & Legatos Principis, Comites, & eorum ministros, verum & viaticum eis pro uniuscuiusque dignitate præstare. Verba sunt: Statuentes ergo, ut neque vos, neque juniores, neque successores vestri, nec ulla publica iudiciaria potestas, quocumque tempore in villis ubicunque in regno nostro ipsi Ecclesie, aut Regi, aut privatorum largitate collatis, aut qui antea fuerint collaturæ, aut ad audiendas altercationes ingredi, aut freda de quibuslibet causis exigere, nec mansiones, aut paratas, vel fideiussores tollere non præsumatis, &c. Unde descriptum ferè privilegium monasterii Corbeienfis à Clotario datum, quod extat apud Sirmundum tom. 1. Conc. Gall. & privilegium Laurishamensis monasterii, quod auctorem habet Carolum Magnum in Chronico Laurishamensi; & tot alia, quæ passim occurrunt. Sed reverentia Regis cunctis vix continuit Comites. Pauliacensem villam comobii Floriacensis crebrà Arnulfi Comitis metatione attritam luget Ay-

montus Floriac, lib. 12. de miracul. S. Benedicti, cap. 5. Nam Arnulfus quidam fuit vir secularis militia, clarus stipendius, qui ab Archembaldo huius loci Abbate beneficiario iure aliqua ex possessionibus monasterii sibi tradita possidebat: hic obitus benefactorum, fidei quoque, quam sacramento Sancto sponderat Benedicto, ac illi pro posse famulantibus monachis, Pauliacensis parochie prædium assidua exornabat metatione. Carolus Magnus lib. 3. Capitul. cap. 39. ibi: De missis nostris ascensionibus, vel ceteris propter utilitatem nostram iter agentibus, ut nullus mansionem contradicere eis præsumat. Ludovicus in Synodo Pici-nensi, ibi: Quando etiam Episcopos, Abbates, vel Comites, seu fidelium nostrorum quempiam in propria villa morari contigerit cum suis, in suis maneat domibus, ne sub obitu hospitii vicinis opprimant. Illustat Bigonius in notis ad Marculfum, lib. 1. cap. 4. à quo munere, paratarum immunitas Ecclesie domibus competit, sicut etiam in regnis Hispaniæ à Regibus Catholicis concessum est, ut in domibus Clericorum sine consensu, & voluntate ipsorum hospitium aliquis quærat, l. 27. tit. 3. lib. 1. ordm. cum hac tamen limitatione, ut scilicet hæc immunitas non competat, quando Princeps ipse, vel ejus filii iter faciunt per aliquem locum, l. 7. tit. 2. lib. 2. ordm. unde cognoscitur differentia, quæ versatur inter Ecclesiam ipsam, & ejus domos; nam in Ecclesia nemo hospitium vindicare valet, non quia immunitas ab eo munere Ecclesie concessa sit, sed propter inhonestatem, ut exprimitur in d. l. penult. ibi: Porque seria cosa muy fea, y deshonesta, que las Iglesias que son casas de Dios, &c. in domibus autem Ecclesiarum hæc inhonestas non versatur, & ideo immunitas concessa fuit, quæ cessavit ex illa magna causa, videlicet supervenientibus Rege, Regina, vel eorum filiis, ut ex Concilio Salisburg. & dicta lege ordinamenti probavi. Magna autem cum ratione hæc immunitas non præbendi hospitium concessa fuit domibus Ecclesiarum, & Clericorum, nam similis immunitas competit militibus armata militia, l. his oneribus, ff. de vacat. & excus. muner. ibi: Angariorum præstatio, & recipiendi hospitii necessitas, & militibus, & liberalium artium professoribus remissa sunt. Medicis etiam, & legum Doctoribus, l. Medicos, C. de profess. & med. lib. 10. ibi: Nec in Provinciis hospites recipere. Grammaticis, Oratoribus, & Philophiæ Præceptoribus, in l. final. C. de Fabric. & Archiatris, in l. Fabricensium, l. Archiatros, C. de metatis. Cubiculariis Principis in l. 2. C. de Præpositis sacri cubic. lib. 12. Domus quoque eorum, vel in hac sacratissima verbo, vel in alia qualibet positas civitate ab omni hospitium cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus. Decurionibus, & silentiariis, in l. 3. C. de silentiariis, eod. lib. Militantibus in sacris scripturis, l. in sacris 9. C. de proximis sacror. eod. lib. ibi: Super domibus quoque, quas in provinciis possident, metatorum molestis liberantur. Si ergo omnibus hæc immunitas concessa est, multò magis domibus Ecclesiarum, & clericorum competere debet: & si habitent pater, fratresque cum filio clerico, immunes sunt ab hospitio præbendo, nisi ea præstatio nummaria pensione solvatur. Marini lib. 1. resol. cap. 167. Si autem Ecclesia, aut persona Ecclesiastica acquirat titulo universali, vel particulari domum subje-

etiam hospitali regiæ, vulgò de casa y aposento, tenetur eandem hospitalitatem tanquam onus reale præbere, ut decisum fuisse sapius in supremo regali Consilio refert Guzman de evict. quest. 7.

II.
Dissolvi-
tur dubi-
tandi ra-
tio.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, nam munus suscipiendi hospites, de quo in præfenti agitur, non est, nec cenferi potest patrimoniale, quia patrimonium tantum est, & cenferetur illud, in quo sumptus petuntur, & erogantur, l. 1. §. patrimonii, ff. de muner. & honor. l. final. §. patrimoniorum, ff. eod. tit. ibi: Patrimoniorum sunt munera, quæ sumptibus patrimonii, & damnis administrandis expediuntur. Et hinc illa tantum munera Philosophis remissa negantur, quæ sumptibus expediuntur, non verò alia, ut constat ex l. in honoribus, §. Philosophis, ff. de vacatione & excusat. muner. Quod autem in proposito, ut dicimus, suscipiendi hospites munus ab eis, qui ad illud tenentur, absque illo sumptu expediatur, constat ex l. devorum, C. de meritis, lib. 12. ibi: Solam sanè hospitalitatem sub hac observatione concedimus, ut nihil ab hospite, quod vel hominum, vel animalium pascuis necessarium creditur, postuletur. Et ex l. unico. de salgamo hospite. non præf. eod. lib. quibus consonat lex 10. 12. & 19. tit. 15. lib. 3. novus recop. docuerunt Glossa in l. 1. C. de Episcop. & Cleric. Agidius Thom. in tract. de collect. §. Subjicio, num. 22. Deinde quia etiam hoc munus recipiendi hospites esset patrimoniale, nihilominus tamen domus Ecclesiarum ab eo immunes deberent cenferi, cum speciali privilegio ea immunitas concessa sit à Constantino in d. l. 1. & ab eis etiam patrimonialibus muneribus illi omnes immunes sint, quibus id speciali privilegio concessum est. Textus disertus in l. sunt munera, ff. de vacat. muner. ibi: Præter eos, quibus principali beneficio concessum est. Ubi

Glossa, Bartolus, & Alberic. in rubric. ff. de mun. & honor. Unde Petrus Antibolus in d. de mun. §. 4. num. 30. vers. vel aliter, concludit, quod speciale est in Ecclesia de clericis, ut non teneantur ad suscipiendos hospites in suis domibus, licet munus sit patrimoniale, propter speciale beneficium beneficio legis hoc munere reperitur exemptis. Nec obstat textus in d. l. sunt munera, ibi: Nis nullum aliud privilegium, l. final. ff. de muner. & honor. ibi: Qui privilegio aliquo subnixus est: ubi doceri videtur etiam, nec virtute privilegii competere immunitatem ab hoc munere hospitem recipiendi; nam illa verba referenda sunt ad eos, qui alia privilegia generalia immunitatis habent, non verò speciale huius immunitatis, ut Ecclesie, & clerici habent. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis, pro cuius solutione dicendum est, hospitalitatem dupliciter considerandam esse: Primo quatenus procedit ex æquitate, & liberalitate, quæ omnino arbitraria est, & in sola virtute consistit, de qua in l. si vero, vers. Idem ait, ff. de iis, qui deiecerunt: l. Et habet, §. hospites, ff. de precario, l. postliminis, §. in pace, ff. de captivis; cuius symbolum describitur ab Aul. Gellio lib. 5. nocturno, cap. 13. Alex. ab Alex. lib. 4. dier. genial. cap. 10. & effectus juris, qui ex ea resultant, tradunt Decius consil. 8. Menochius de arbit. casu 160. num. 19. Tiber. Decianus volum. 3. consil. 66. num. 36. De hoc hospicio accipiendi sunt textus in cap. 1. de emption. & vendit. cap. 2. de suppl. neglig. cap. de monachis, de præbend. Secundo modo consideratur hospitium, quatenus tendit ad munus, & onus, de quo in l. milites, §. munus hospitii, ff. de muner. & honor. l. 3. C. de muner. patrim. lib. 10. à quo immunes sunt clerici ex d. l. 1. C. de Episcop. & Clericis, ubi Odofredus.

CAPUT II.

Gregorius Agnello Episcopo (a) Terracinesi.

Pervenit ad nos, quosdam illic, quod dici nefas est, (b) arbores colere, & multa alia contra Christianam fidem illicitè perpetrare. Et miramur, cur hoc fraternitas vestra districtè emendare ultione distulerit. Ea propter scriptis vos præsentibus adhortamur, ut hos diligenti investigatione perquiri, & veritate cognita ealem in eis faciatis exercere vindictam, quatenus & DEUS placari possit, & aliis eorum ultio correctionis exemplum sit. Scripsimus autem & Mauro nunc Vicecomiti, ut fraternitati vestræ in hac re debeat adhibere (c) solatia, dummodo ad comprehendendos eos invenire excusationem aliquam non possitis. Quia verò competimus multos se à murorum vigiliis excusare, sit fraternitas vestra sollicita, ut nullum nec per nostrum, vel Ecclesiæ nomen, aut quolibet alio modo defendi à vigiliis patiatur, sed omnes generaliter compellantur: quatenus cunctis vigilantibus, melius, auxiliante Domino, civitatis valeat custodia procurari.

NOTÆ.

- I. (a) **T**erracinesi. J. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 2. & integram huius textus restituo ex ipso registro D. Gregorii, ubi lib. 7. indict. 1. epist. 20. reperitur hic textus. Terracina civitas est Italia, in an-

tiquo Latio littorali, quod hoc tempore vocamus Romanam Campaniam, prope mare, supra clarum collem sita est: fuit Colonia Romanorum, & ejus meminerunt Livius, Lucanus, & Frontinus, ut refert Ughel. tom. 1. Italia, fol. 195. Urbs est admodum civilis, jam Episcopali Cathedrâ ornata ab Apostolorum tempore.

temporibus, & inter Ecclesiam Romanam Provinciam numeratur, ac immediate Romano Pontifici pareat. Agnello ejus Episcopo, qui temporibus Magni Gregorii ex anno 566. usque ad annum 595. Ecclesiam eam rexerat, misa est prefens epistola. Ejus historiam narrat Baronius tom. 8. anno CHRISTI 589. Cum enim noster Gregorius Magnus eo anno, quo pax cum Agilulpho Rege Lombardorum, qui totam ferè Italiam devastaverat, diutius tractata, & sæpius impedita esset, tandem suggerente Theudelinda conjugè Agilulphi firmitissima facta fuit, ut refert Walfridus lib. 4. de gestis Longob. & ne interim dum pacta iniebantur, sub velamento pacis aliquid infaustum ageretur, Gregorius suos in diversis locis posuit, ut interim vigilarent, admonuit, dum lib. 7. indult. 2. ad Joannem Caralitanum in Sardinia Episcopum ita scribit: *Cognoscatis autem Abbatem, quem ad Agilulphum ante multum jam tempus transmisiimus, pacem cum eo, DEO propitio (quantum nobis ab excellentissimo Exarcho scriptum est) ordinasse. Et ideo quousque pacta de confirmatione pacis ipsius conscribuntur (ne forte hostes nostri in hac dilatione ad paries illas verum velint accedere,) murorum vigilas, & sollicitudinem in locis omnibus facite adhiberi. Et confidamus in Redemptoris nostri potentia, quia adversarius nobis incurtus, vel insidias denuo non nocebunt. Et iterum lib. 7. epist. 20. eundem monet, ut in locorum custodia invigilare sollicitius curet, ne tempore fœderis consummato, pacem nondum firmata, aliquid inali patiantur à Longobardis. Sic etiam in presenti Agnellum Episcopum monet, ut Terracinam civitatem diligenter custodiendam curet, ita ut ne homines Ecclesiastici à murorum custodia excusarentur. Quam curam Magni Gregorii circa temporalia derudit, & miris laudibus commendat Baronius ubi supra.*

(b) *Arboris colere.* De lucis, & eorum superlitione plura adduximus in cap. 4. de transact.

(c) *Solutio.* Auxilium videlicet, quod vulgò dicimus brachii secularis, de quo egimus in cap. 1. de officio ordin.

COMMENTARIUM.

Difficile valde visum est juris Interpretibus, quod in presenti jubet Gregorius, videlicet neminem, quantumvis Ecclesiastica persona sit, immunem esse à vigiliis murorum, sive excubiis tempore belli; siquidem clericis, & ecclesiasticis personis prohibuit esse quocunque in bello arma sumere, militiaque nomen dare, cap. eos qui 20. quest. 3. cap. ex multa, §. de clericis, de voto: probavi in cap. finali. de clericis conjug. & in cap. petio, de homicid. Accedit immunitas concessa personis Ecclesiasticis in cap. non minus, hoc tit. l. 2. C. de Episcop. & Cleric. Nam licet vigiliarum, & excubiarum onus ad omnes spectet, ut alia, quæ respiciunt communitatem præstationem; ab hac tamen communi regula eximi debent quicunque speciali aliquo privilegio exempti sunt, & per consequens ab hoc communi onere clerici immunes esse debent; nam quid illis immunitas proderit, si cum laicis communi regulâ assumentur? quare ut Doctores textum hunc exponant, varia adduxerunt. Martha de juridict. 4. p. centur. i. casu 1. numer. 20. post Panormitanum, Grego-

rium accipit non de clericis, sed de hominibus Ecclesiæ; & ejus servis, qui etiam alii immunes sint à muneribus personalibus, cap. Ecclesiasticorum 12. quest. 2. tamen necessitatis tempore immunitate non gaudent. Alii accipiunt textum hunc de civitatibus, in quibus dominium temporale Ecclesia obtinet, ut erat civitas Terracina, quo casu æquum esse ajunt, clericos, & religiosos vigilas, & excubias agere pro ipsius muris custodiendis. Alii tandem præsentem textum restringunt ad irruptiones, & invasiones infidelium, Sarracenorum videlicet, vel similitum hominum secleratorum. Sed omittis his sententiis, placet doctrina Innocentii, Hostiensis, & Butrii in presenti, qui accipiunt Gregorium plenius, & generaliter de cunctis clericis, & clericorum servis, vel personis Ecclesiasticis, in quovis improvviso, subitaneo, seu repentino motu, atque communi totius populi periculo; si modò occurrat casus magnæ necessitatis, in quo sive de civitatibus agatur, quarum temporale dominium sit Ecclesiæ, sive de aliis, sive de gassationibus, sive invasionibus fidelium, aut aliorum etiam latronum; semper enim his casibus tenentur clerici ad vigilas, & excubias faciendas, cum nulla major sit pietas, quam patriam defendere, cap. fortitudo, 23. q. 3. præcipue cum his casibus detur periculum animarum, si civitas ab hostibus occupetur; cap. viginti saepe 3. quest. 1. cap. placuit 26. quest. 3. & salus patriæ in discrimen verteretur; cui omnes consulerentur tenentur; ac præcipue clerici, cap. 1. §. 7. dist. cap. dilecto, de sent. excomm. lib. 6. nec privata immunitas saluti publicæ præponenda est. Sidonius lib. 7. epist. 9. ad Gracchum, ibi: *Parum in commune consulis; Et cum in consilio convenitis, non tam cura publicis mederi periculis, quam privatis studere fortunis. Oportet* (inquit Plinius lib. 7. epist. 18.) *privatis utilitatibus publicis, mortalibus æternas anteferre, multoque diligentius muneri suo consulere, quam facultatibus.* Tacitus de Britannis agens; in vita Julii Agricola; ait: *Nihil aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in communi non consulant; raris duabus, tribusque civitatibus, ad propulsandum commune periculum convenitis; ita dum singuli pugnant, universi vincuntur.* Et-nim si his casibus injusta esset clericorum immunitas, quæ securitas publica negligenter, insuperque haberetur; ipsi potius exemplo, quam vacationis immunitate publicam lederent disciplinam, ut ajbat Seneca lib. 1. de clementia; ibi: *Si sanis hominibus publicæ privatis potiora sunt, sequitur ut is quoque clarior sit, in quem se Respublica convertit; quippe publicæ salutis curam privatis quæsi præponit.* Unde Romana plebs adversus Senatores, qui se immunes à militia afferbant, his verbis indignabatur: *Patres militarent, Patres armâ caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent.* Ita textum hunc accepit videtur Alfonso Rex in l. 52. tit. 6. p. 1. ubi Gregorius; & notarunt plures congesti à Barbosa in remiss. ad ordinab. Luce. lib. 2. tit. 1. cap. 11. Robertus lib. 2. rer. judic. cap. 11. Unde & ob eandem publicam utilitatem etiam Ecclesiasticos teneri ad viarum, & fontium, pontiumque refectionem, & pro locustis capiendis contribuere, resolvunt Robertus lib. 2. cap. 3. Narbona in l. 57. gloss. unicus tit. 4. lib. 2. recopil. Tamburin. de jure Abbas.

tom. 3. *disput. 12. quæst. 4.* Gibalinus *de irregul. cap. 4. difficult. 2.* Menchaca *lib. 1. ususfreq. Diana p. 1. tract. 2. resol. 76.* Petrus Gregor. *lib. 1. parisi. tit. 4. cap. 14.* Montalvo *in l. 1. tit. 4. lib. 1. fori, Germonius lib. 3. de sacror. immunit. cap. 12. num. 22.* Chopinus *lib. 3. de sacror. pol. tit. 2. in princ. Martini tom. 1. decis. 36.* Quæ hucusque adduximus, procedunt tempore magnæ necessitatis, ubi adest periculum commune, aliàs Ecclesiastici non debent cogi ad vigilias, excubiasque faciendas, *cap. final. de censibus, in 5. compil. ibi:* [Gravi nobis ven. f. n. Bracharen. Archiepisc. quæstione monstravit, quod Rex Portugalen. non attendens, quod servus secundum Apostolum suo domino aut cadit, aut stat, clericos, aut alios religiosos, tam in criminalibus, quam in civilibus causis, respondere compellit coram iudice sæculari: nec considerans, quod obsequiis adscripti divinis ab omni servitute debent esse prorsus immunes, angariis, & parangariis fatigat eosdem: nec his contentus, eos ad muros faciendos, vel refi-

ciendos, necnon in expeditionem, & ad excubias, quæ illorum vulgari annundinæ, vel attalaia dicuntur, ire cogit invitos. Quia igitur tantam Dei, & Ecclesiæ injuriam nolumus, sicut nec debemus, æquanimiter sustinere, præsertim cum charissimus in Christo filius noster Fredericus Rom. Imperator illustris generalis lege sanxerit, ut omnes omnino Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ ab omnibus sæcularibus talliis, & exactationibus, angariis, & parangariis sint immunes, nec nisi coram Ecclesiastico iudice valeant conveniri: *disc. v. m. quæ prædictum Regem, ut ab omni clericorum, & aliorum religiosorum super his gravamine quietescat, monere, ac inducere procureris; alioquin tam ipsum, quam alios ab hujusmodi temeritate desistere per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis.*] Apud quem tamen sit jurisdictio cognoscendi de hac necessitate, an videlicet necessitas sit urgens, vel non, disputat Boëtius Epon. *in præsent. numer. 11. & 12.*

CAPUT III.

Gregorius Vitali (a) Defensori Sardinie.

INDICATUM nobis est, quod quidam Caralitanae Ecclesiæ clerici disciplinam sui refugientes Episcopi, contra eum solatium tuæ (b) defensionis exquirant, atque per hoc illi, quod dici grave est, contumaces existant. Quam rem, si ita est, omnino durè suscepimus. Dicitur etiam, quod suæ actus deserentes Ecclesiæ, in aliorum se obsequiis, ac laboribus occupantes, ubi nomen dederunt militiæ inveniantur extranei. Experimentiæ ergo tuæ denuntiamus, ut nihil deinceps tale aliquid facere præsumat: sed si cujusquam clerici, ut assolet, culpæ casus emerferit, in qua sibi petere debeat adiutorem, ad eundem Episcopum reverenter accede, & sicut causæ meritum cognoveris, non defensor culpæ, sed potius intercessor existe: ut hac provisione, & poscenti feras auxilium, & jura Præpositi non turbenur. Si qui verò sunt, qui iusta poposcerint, eis per te auxilium Sedis Apostolicæ non est negandum. Sed tamen ita servandum est, ut uniuscujusque Episcopi reverentia, & Clericorum disciplina per defensionis tuæ experientiam minimè solvatur. Dicitum est nobis etiam, quod rustici possessionis ejusdem Caralitanae Ecclesiæ jura propria deserentes, in privatorum possessionibus culturam laboris exhibeant. Ex qua re agitur, ut possessiones Ecclesiæ, proprio in aliis occupato cultore, depercant, atque ad (c) tributa sua persolvenda idoneæ non existant. In qua re experientiam tuam volumus omnino esse sollicitam, ne tale quicquam fieri posthac nostrâ auctoritate darta tibi permittere debeas: sciturus quod si neglexeris, nostros exinde de minori tua sollicitudine contra te animos commoveri. Cognovimus etiam, quod monasteria servorum Dei, vel etiam feminatarum pro suo quisque libitu, & diversarum causarum executione perturbet: quod omnino non gratè suscipimus, tuamque experientiam ex hoc commonemus, ne quemquam hoc usurpare denuò acceptâ nostrâ auctoritate permittas: sed Episcopi loci ipsius, sub cuius degunt moderamine, curæ sit eorum causas, utilitatesque disponere. Valde enim est incongruum, ut omisso eo, alius quilibet eorum se causis admisceat. Sed ille eorum vitam competenti, regularique debet moderatione disponere, qui pro commissis eorum sibi animabus compellitur reddere rationem.

NOTÆ.

1. (a) *Vitalis defensori.* Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 2.* & in ipsis epistolis Gregorii *lib. 7. indict. 2. epist. 66.* ex quo

regeſtro ita reſtituò integram hujus textus. De defensore, & ejus officio nonnulla adduxi *in cap. 1. de transact. cap. 3. de reſcripſis.*
(b) *Defensionis.* Inter munia, ministeriaque defensoris illud præcipuum erat, oppreſſos defendere.

dere, excessibusque Prælatorum resistere : unde agebat Baronius tom. 7. anno 598. numer. 16. quod proprium defensorum officium erat pauperes, Ecclesiasque defendere, qui ideo mitti solebant, à Romano Pontifice per diversas Provincias, quibus & alia negotia diversi generis delegare consueverant, ut patet ex formula ipsa hujus officii, quam his verbis refert noster Gregorius lib. 4. epist. 25. *Ecclesiastica utilitatis intuitu id in nostro sedu arbitrio, ut si nulli conditioni, vel corpori teneris obnoxius, nec fuisti clericus alterius civitatis, aut in nullo tibi canonum obviant statuta, officium Ecclesie defensorum accipias, ut quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis injunctum fuerit, incorruptè, & vivaciter exequaris, usurus hoc privilegio, quod in te habita deliberatione contulimus, ut omnibus, quæ tibi à nobis fuerint injuncta, complendis, operam tuam fidelis exhibeas, reddurus de actibus tuis sub D E I nostri judicio rationem.* Sed quia ipsi defensores ultra tibi concessa aliena usurpabant, fovendo ipsos delictorum perpetratores potius quam defendendo innocentes, & primam causam cognitionem ipsis Episcopis auferendo; ideo Gregorius in præfenti reprehendit Vitalem defensorem: cujus increpationis meminit ipse Gregorius lib. 7. epist. 67. dum Januario Episcopo Catalit. ita scribit: *Dicitur, quod aliqui ex contumacibus vestris clericis, ut defendi contra vos valeant, ad Vitalem defensoris nostri patrocinia convolarint. Unde ad eum scripta nostra direximus, ne quemquam clericorum vestrorum contra vos irrationabiliter denno audeat defendere: sed si culpa casus emergerit, & gravis non est, sed veniam mereatur, intercessor apud vos magis accedere debeat, quam defensor.* Et hunc etiam excessum idem Gregorius reprehendit in Romano defensore Sicilia, lib. 9. epist. 32. in hæc verba: *[Pervenit ad nos, quod si quis contra clericos quoslibet causam habeat, despectis eorum Episcopis, eosdem clericos in tuo facias judicio exhiberi: quod si ita est, quia valde constat esse incongruum, hæc tibi auctoritate præcipimus, ut hoc denud facere non præsumas. Sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat, ut aut ipse cognoscat, aut certè ab eo judices deputentur; aut si fortè ad arbitros eundem est, patres ad eligendum judicem ab ipso executio deputata compellat. Si quis verò vel clericus, vel laicus contra Episcopum causam habuerit; tunc te interponere debes, ut iater eos aut ipse cognoscas, aut certè te admonente sibi judices eligant. Nam si sua unicuique Episcopo jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur? Item nunciatum est nobis, quia quosdam clericos, qui à Reverendissimo fratre nostro Joanne Episcopo, exigente culpa in poenitentiam missi sunt, nesciente illo tuâ illos exinde auctoritate ejeceris: quod si verum est, rem te omnino inhonestam, & non leviter increpandam fecisse cognoscas. Eosdem ergo clericos Episcopo suo sine mora restitue, & hoc de cætero cave committere: quia si neglexeris, nostros te noveris non mediocriter motus incurrere.]*

(c) *Tributa.* Ecclesie ipsi, cujus possessiones colebant, quæ ita præscribunt leges Bajubariæ tit. 1. l. 1. cap. 4. [De colonis, vel servis Ecclesie qualiter serviant, vel qualia tributa reddant,

hoc est, agrarium secundum quod habet, donet; de triginta modijs tres donet, & pascuarium desolvat secundum usum provincie. Secundo andecingas legitimas, hoc est perticam decem pedes habentem, quatuor perticas in transverso, quadraginta in longo, arare, feminare, claudere, colligere, & tradere à tremisse unusquisque accola ad duo modia sationis, excolligere, feminare, colligere, & recondere debeat; & vineas plantando claudere, fodere, propaginare, præcidere, vindemiare. Tertio reddant decimum fascem de lino, de apibus decimum vas, pullos quatuor, ova quindecim reddant. Quarto parafredos donent, aut ipsi vadant ubi eis injunctum fuerit. Angarias cum carro faciant usque 50. leucas, amplius non minentur. Quinto ad tallas dominicas, stabulare, fœnile, granicam, vel tuninum recuperandum pedituras rationabiles accipiant, & quando necesse fuerit, omnino componant: calcifurnium ubi prope fuerit, ligna, aut petras L. homines faciant: ubi longè fuerit, C. homines debeant exire, & ad civitatem, vel ad villam, ubi necesse fuerit, ipsam calcem trahant.] *Illustrat le Maître de juribus Eccles. lib. 3. cap. 6.*

COMMENTARIUM.

EX præfenti textu sequens communiter deducitur assertio: *Agricolæ prædiorum Ecclesie non debent deserere culturam prædiorum, & ad alios agros colendos se transferre.* Probant idem Gregorius lib. 10. indict. 5. epist. 27. ibi: *Petrus, quem defensorem fecimus, quia de massa juris Ecclesie nostra, qua Vitellus dicitur, oriundus est, experientia tua bene est cognitus; & ideo quia ita circa eum benigni debemus existere, ut tamen Ecclesie utilitas non laedatur, hæc tibi præceptione mandamus, ut eum districtè debeas commone- re, ne filios suos quolibet ingenio, aut excusatione foris alibi in conjugio sociare præsumat, sed in ea massa, cui lege, & conditione legati sunt, socientur, in qua re etiam & tuam omnino necesse est experientiam esse sollicitam, atque eos terrere, ut qualibet occasione de possessione, cui oriundo subiecti sunt, exire non debeant. Nam si quis eorum exinde, quod non credimus, exire præsumperit, certum illi sit, quia noster consensus nunquam illi aderit, ut foris de massa in qua nati sunt, aut habitare, aut debeant sociari, sed & superscribi terram eorum.* Et l. 5. & 6. omnes 8 l. si coloni 14. l. luteus 19. l. cum scimus 21. §. illud, l. penult. §. 1. C. de colonia Palest. cum sequent. Illustrat Cujacius, Tald. natus, & Pareus ad tit. C. de agricolis, Valasius de jure emphyt. 1. p. q. 37. Don. il. lib. 2. comment. cap. 9. Petrus Greg. r. lib. 18. synag. cap. 23. Connanus lib. 2. comment. cap. 1. Le Maître lib. 3. de juribus Eccles. cap. 4.

Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertionem ita infurgo: *Agricolæ etiam adscripti cultura prædiorum liberi sunt, & tanquam homines liberi judicantur, cap. multorum 2. de iudicis, l. ne divitiis 20. C. de agricolis, lib. 11. authentica adscriptitios, C. de Episcop. & Cleric. l. 64. tit. 5. l. 18. tit. 6. parti. 1. l. 6. tit. 22. parti. 4. P. Gregorius lib. 18. synag. cap. 22. Pancirolo lib. 2. variar. cap. 77. Amaya in l. 29. C. de Decur. lib. 10. D. Nicolaus de Castro in l. unio. C. de capit. civium, ex num. 21. Solorzanus de*

de jure Indiar. lib. 1. cap. 3. Faber in Jurisprud. tit. 5. princip. 2. illas. 7. Connanus lib. 2. comment. cap. 10. Diaz de salariis, 2. p. numer. 30. Igitur juxta eorum libertatem possunt discedere, & agriculturam deserere, atque aliunde se transferre.

6.
De diversis agricolis.

Quæ dubitandi ratione non obstante vera est præfens assertio, pro cujus expositione sciendum est, agricolarum, quos nos ab ipsis agris colendis *Labradores* dicimus, l. 5. tit. 20. part. 2. non unam esse conditionem: quippe Romani agros colebant, aut suâ manu, aut operâ conductitiâ, & mercenariâ. Nec manum suam terræ ferendæ, & colendæ olim præbere dedignabatur victrix Romanorum simplicitas, ut ait Columella lib. 1. de re rustica. & ipsorum quoque Imperatorum manibus colebantur agri, si fas est credere, quod gauderet terra vomere laureato, & triumphali aratore, ut aiebat Plinius in Panegyri. Postea verò viliscentis ruris disciplina uti cœperunt alienis operis, tam servorum, quam personarum conditionalium, l. si mancipia, ff. de fundo instructo, l. questum, §. Alfenus, l. cum de lanionis, §. si fundum, ff. eod. l. ex facto 35. §. rerum, ff. de hered. instit. l. 65. ff. de legat. 1. l. ult. ff. de doli mali: & inter ipsa mancipia rustica ruris causâ comparata, enumerabantur custos fundi, aut prædii villicus, molendarius, bubulcus, putatores, fossiores, pastores, l. si ita testamento, §. mulier, ff. de fund. instr. Illustrant Carolus Sigonius lib. 2. de antiquo jure Rom. cap. 6. Brissonius lib. 2. select. cap. 9. Lipsius lib. 2. elect. cap. 15. Marcell. Donat. ad Suetonium in Tiberium, cap. 8. tom. 6. thesauri critic. Connanus lib. 2. comment. cap. 10. Guillel. Poluet, lib. 5. select. cap. 10. unde fluxit triplex agricolarum conditio, notata in l. servos 12. C. de agricolis, lib. 11. quorum alii omnino servi sunt, qui justè & fide dominica colunt prædia, quibus semper adherent, l. si quis inquilinos 112. ff. de legat. 1. l. cum de lanionis 18. §. cum de villico l. Seje 20. §. 1. ff. de fund. instructo, l. 3. l. quemadmodum 7. C. de agricolis, lib. 11. alii homines liberi, qui specialiter coloni appellantur, l. 1. C. de prædiis Tamiacis, lib. 11. qui capitationem non solvunt, & duntaxat pensionem certam præstant domino terræ, à qua discedere non possunt, quales sunt 30. annorum possessione quæstiti, l. 5. §. 6. l. omnes 8. l. si coloni 14. l. litibus 19. l. cum scimus 21. §. illud, l. penult. §. 1. C. de agricolis, lib. 11. l. 1. C. de Colonis Palest. alii censiti, qui censibus, sive libris censualibus, quibus personarum, & bonorum descriptio continetur, simul cum prædiis, quæ habent, adscribuntur, & pro capite tributum, sive capitis censum præstant, l. 4. l. cum scimus 21. cum sequenti, C. de agric. Illustrant Ramirez de Prado ad Martialem lib. 1. epigr. 62. Arniseus lib. 2. de repub. cap. 3. sect. 9. Unde & adscriptitii, & censibus obnoxii, & tributarii, sive adscripti vocantur, l. si quis presbyter 20. C. de Episcop. & cleric. l. quicumque 10. C. de re milit. l. 1. C. de tyron. lib. 12. l. omnes 6. l. colonus 18. C. de agricol. l. 2. C. in quibus casis coloni, lib. 11. ubi post Classicos Connanus lib. 2. comment. cap. 10. Cujacius in rubric. C. de agric. Valascus de jure amphy. 1. p. q. 37. Donel, lib. 2. comment. cap. 9. ubi O. Waldus lit. V. Petrus Greg. lib. 18. syntag. cap. 23. Schifordeg. lib. 3. ad Fabrum, tract. 26. q. 6. Faber in Jurisprud. tit. 4. illat. 1. Acunna in

cap. qui ex famulis, 56. dist. Duarens ad tit. de servit. cap. 1. Landmeter. lib. 2. de ver. cler. cap. 15. Bæza de inope debet. cap. 2. Amicus de potest. in se ipsum, cap. 17. num. 23. Connanus lib. 2. comment. cap. 10. Hufanus in tractat. de homin. prop. Borellus de prest. Reg. cap. 64. numer. 39. Solorzanus tom. 2. de jure ind. lib. 1. cap. 3.

Deinde sciendum est, olim Ecclesiam habuisse in patrimonio suo servos, colonos adscriptitios, casatos, & originarios. De servis, & mancipiis plura adduxi in cap. 2. de servis non ordin. cap. 4. de rerum permut. Colonos adquebatur Ecclesia, aut ex donatione fidelium, cum ipsi fundum donabant Ecclesie, cum quo transibant coloni adscriptitii; aut emptio; si Ecclesia prædii de novo acquirebat, colonosque comparabat. Eodem modo casatos acquirebat, casati autem sunt proprie, qui le casæ, seu domui dedicaverunt: quam ob rem licet qui agros colunt, coloni dicuntur; ita qui casati, seu domos curant, appellantur casati, ut probat le Maître de juris. Eccles. lib. 3. cap. 5. ubi docet casatorum duo genera esse, ita ut alii dicantur vassalli casati, alii servi casati. Vassalli casati sunt homines, seu feudatarii deterioris notæ, qui cum opus erat, pro Ecclesia militabant, Episcoposque sequebantur, & Ecclesie deserviebant, de quibus Carnotensis episc. 28. ubi: *Casati Ecclesie, & reliqui milites penè omnes, vel absunt, vel pace violata excommunicati sunt.* Unde in Capitularibus Caroli lib. 3. cap. 63. jubetur, ut casati Comites, seu Dominos suos prosequantur, his verbis: *De vassillis dominicis, qui adhuc intra casam servant, & tamen beneficia habere noscuntur, statum est, ut quicumque ex eis cum Domino Imperatore domi remanserit, vassillos suos casatos secum non reinseat, sed cum Comite, cujus pagenses sunt, ire permittat.* Servi casati erant, qui domesticis obsequiis famulabantur, quorum conditio valde diversa erat à vassillis casatis; nam vassilli casati ingenui erant, se servos proprios habebant, qui ad eorum nitum poterant manumitti, ut apparet ex veteti inscriptione, quam refert Jureus ad episc. 28. Avonis Carnot. his verbis: *Ex beneficio S. 7. per Joannem Episcopum, & per Alberum S. 7. casatum factus est liber Lambertus, restè hac sancta Ecclesia.* Demde vassilli casati non erant servi, sed his tantum conditionibus tenebantur, quibus feudatarii hodie obstringuntur: ut servi casati, ut ait Cujac. ad titulum 2. de feud. pag. 485. deterioris conditionis erant, domibus forisque ministrabant, aut rem familiarem curabant, vel ruri, vel in urbe: quapropter in alienam manum poterant pro arbitrio transferri, ut docet le Maître ubi proxime. Men Joistorum casatorum extat in l. si qui, C. Theodos. de bonis proscript. ubi: *Plena descriptio comprehendat, quod spatium, quod sit ruri ingenuus, quid aut cultum sit, aut colatur, &c. Quis adificiis, aut possessionibus ornatus, quorve mancipia in prædiis occupatis, vel urbana, vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur, quæ sint casarii, vel coloni.*

Unde apparet vera decidendi ratio hujus textus; nam cum coloni, qui in perpetuum colonariæ conditioni se mancipabant, fierent servi glebæ, seu adscriptitii, non poterant culturam eorum prædiorum, quibus mancipati erant,

erant, deserere, & aliò se transferre, pari modo ac curiales, qui se curiæ devoverunt; qui ideo non poterant officii, & functionibus curiæ renunciare, *l. cum per alios, C. de colonis Palaest. lib. 11.* immò nec momento quidem temporis à prædiis se separare poterant, *l. 15. C. de agricolis*; & ideo domini similes colonos debebant in censum referre, & profiteri apud acta, vel censitorem, unà cum ipsis prædiis; quia pars prædiorum sunt, & veluti membra quædam fundi, *l. 4. §. 3. C. de censibus*. Suffragantur Imperatores *in l. 7. C. de agricolis*, dum docent, quemadmodum originarios colonos absque terra, ita rusticos, censuosque servos vendi non licere, nec permitti, vel obligari; immò nec eos sine prædiis legari posse respondit Marcianus *in l. si quis inquilinos 112. ff. de legat. 1.* adeo autem prædio adscripti adherent, ut etiam in foboleo conditionem suam transferant, nec ab ea conditione privilegio, dignitate, aut officio liberentur, sed nec census auctoritate, *l. 11. C. de agricolis, lib. 11.* tenentur enim semper inhæreere suis prædiis, à

quibus nec momento quidem temporis amoveri possunt; & si aliò migraverint, eos ad locum, ubi censiti, vel educati, natiq; sunt, Præses provinciæ redire compellet, *l. 6. C. cod. tit. de agricolis*: cogetque profugos, qui sine Domino vagantur, & agros deserunt, ad prædia sua redire, etiam per manus injectionem, sicut plerisque in locis nunc fit in animalia vaga, & errantia, *ex l. 7. C. Theodos. si vagum mancipium petatur*. Receptoribus etiam colonorum præcipit iudex, ut fugitivos reddant, & præter temporis capitationem, etiam argenti 12. libras fisco inferant, *l. 12. Cod. eod. tit. de agricol.* Nec in hac parte ullum speciale jus obtinet Ecclesia, sed utitur communi jure, quod omnibus privatis in colonos, & adscriptitios competit; quare malè veteres compilatores, dum hoc jus retrahendi colonos fugitivos ad propriam culturam in præsentem epistola docuit Gregorius, textum hunc compilarunt sub titulo *de immunit. Eccles.* quasi in hac parte Ecclesia specialem immunitatem, aut peculiare privilegium contineret.

CAPUT IV.

Ex Concilio (a) Lateran.

NON minus pro peccato, quod faciunt, quàm pro illorum detrimento, quod (b) sustinent, grave nimis esse dignoscitur, quod in diversis partibus mundi Consules Civitatis, & Rectores, nec non & (c) alii qui potestatem videntur habere, tot onera frequenter Ecclesiis imponunt, & ita gravibus eas, & crebris actionibus premunt, ut deterioris conditionis sub eis factum Sacerdotium videatur, quàm sub Pharaone fuerit, qui divinæ legis notitiam non habebat: ille quidem omnibus aliis servitutibus subactis sacerdotes suos, & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publicis eis alimoniam ministravit. Isti verò onera sua ferè universa imponunt Ecclesiis, & tot (d) angariis eas affligunt, ut eis illud quoque, quod Hieremias deplorat, competere videatur: Princeps provinciarum facta est tributum. Sive quidem (e) fossata, seu expeditiones, seu alia qualibet sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum, & clericorum, & pauperum Christi usibus deputatis, cuncta volunt ferè compleri: jurisdictiones etiam, & auctoritates Episcoporum, & aliorum Prælatorum ita evacuant, ut nihil potestatis in suis videatur (f) hominibus remansisse. Super quo dolendum pro Ecclesiis, dolendum etiam est nihilominus pro ipsis, qui & timorem Dei, & Ecclesiastici ordinis reverentiam videntur penitus abjecisse. Quocirca sub anathematis distractione severius prohibemus, ne talia de cætero attentare præsumant, nisi Episcopus, & Clerus tantam (g) necessitatem, vel utilitatem inspexerint, ut absque ulla occasione ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, ubi laicorum non suppèunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda. Si autem Consules, aut alii de cætero ista commiserint, & communiti fortè desistere noluerint, tam ipsi, quàm fautores eorum excommunicationi se noverint subjacere, nec communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem.

NOTÆ

(a) *Lateran.*] Generali videlicet celebrato sub Alexandro III. ubi *cap. 19.* reperitur hic textus, ex quo ejus integrum ita transcribo. Etiam reperitur *in 1. collect. sub hoc tit. cap. 4.* & de hoc Concilio nonnulla adduximas *in cap. nonnulli, de rescript.*

(b) *Qui sustinent.*] Episcopi videlicet, & cæteri Prælati Ecclesiastici; unde in Concilio Lateran. sub Leone X. anno 1521. *sess. 9. in fine, & §. Cum a jure;* ita cavetur: *Prælati etiam D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.*

premissis absque Romani Pontificis licentia vitro consentientes excommunicationis, & depositionis pœnam ipso facto incurrant. Idem cavetur in Bulla cœnæ Domini, *cap. 18.*

(c) *Et alii.*] Judices videlicet sæculares, ac temporales, quos ex vulgi sermone Bonifacius VIII. *in cap. penultimo, hoc tit. in 6.* vocat Justitios, & Ballivos.

(d) *Angariis.*] Angarias appellant Imperatores, provincialibus impositam onerum vchendorum, bajulorumque necessitatem, *in l. 11. Cod. de sacrosanct. Eccles. l. 2. Cod. de Episcop.*

○○○

Et cle-

cleric. l. 2. C. quibus munerib. lib. 10. quod fuisse patrimoniorum munus, possessionibusque five patrimonii indictum, tradit Arcadius in l. ult. §. patrimoniorum, ff. de muner. & honor. Inde angariarum exhibitio in l. ii. ff. de vacat. muner. præbitio in l. ult. ff. de muner. & honor. præstatio in l. 10. §. angaria, ff. de vacat. muner. & angariarum naves in l. 4. ff. de veteranis. Inde etiam angarii qui onus illud deferebant. Joannes Brodeus lib. 6. miscel. cap. 6. Solorzanus lib. 2. polit. cap. 13. & 14. Angaria ergo sunt præstationes, quæ extra ordinem provinciæ libris imponuntur in transvectione armorum, & annonæ militaris, aut in aliis necessitatibus, veluti cum petuntur jumenta, plaustra, seu naves, l. ult. C. de Fabric. lib. 17. l. 4. C. de veteran. lib. 12. l. nemo 20. C. de cursu publico, lib. 12. cap. 1. tit. 12. quæ sint regal. in rub. feudor. quorum præstatio munus patrimoniale est, à quo nec milites, nec alii excusantur, l. ult. §. patrimoniorum, et 2. & §. penult. ff. de muner. & honor. l. sunt munera 11. ff. de vacat. muner. quamvis cura exigendi has angarias à Provincia libris præbendas his, quibus Princeps jubet, personale munus est; ideoque militibus, atque aliis remittitur, l. ult. §. cursus, ff. de muner. & honor. l. ab his 10. l. angarios, ff. de vacat. muner. quas ita exponit Cuiac. in l. 2. C. de præscript. sacr. cubic. lib. 12. Per angaria ab angariis vix distinguuntur, l. maximarum 12. C. de excusat. muner. lib. 10. l. 3. C. de silentiar. lib. 11. & utrasque hodie vocamus, guias, levias de hombres, bestias & carretas, ut in tit. 10. lib. 6. recopit. Angaria tamen per viam regiam cursus publici duci solebant, per angaria vero per alios tramites transversos, l. mancipis 15. C. Theodos. de cursu publico. observaverunt Cuiac. in rubric. (C. de cursu publico, lib. 13. Panciroli in notis Imper. Orient. cap. 6. & lib. 6. variar. cap. 31. §. de angariis, Bosquetus lib. 1. epistol. 170. Bulenger. de Imperat. lib. 6. cap. 25. Gilken. in l. placet, num. 3. C. de sacros. Ecclesiæ quamvis aliter cum Accursio accipiat Oialora de nobilit. part. 1. cap. 2. num. 23. In iure tamen canonico pro quacunque impositione angaria imponuntur. Ideoque angaria pro onere publico ponitur, ut apud Petrum Blesens. epist. 102. ibi: Detestabile quippe est in monacho, ut sub quocunque coloris habitu, honore, aut titulo potestatis habeat feuda, servos, & ancillas, homagna, & fidelitates, atque ligantias, ut hominibus angarias, & per angarias, cateraque onera publica functionis imponat. Et epist. 150. Nulli volens imponere citra liberam voluntatem aliena servitutis angariam. D. Gregor. lib. 8. epist. 64. ibi: Quæ (nave) illuc veniente, hac tibi auctoritate præcipimus, ut ita eam in cunctis tuearis, atque ab omni angaria, vel onere exuere; excusareque festines. Fulbertus Carnot. epist. 110. ibi: Ut honesta Sanctorum PP. sequens vestigia, nos hujus pensionis angaria nullatenus obliget. Ubi legendum esse angaria, jam notavit Zerda in adversar. cap. 68. num. 8.

(c) Fossata.] Fossatum est locus munitus, seu pro castris muniendis factus: nos dicimus fossa, de quo Modestinus in l. 3. ff. de re milit. ibi: Qui à fossato recedit, capite puniendus est. Plinius lib. 18. cap. 21. ibi: Fossatum purgari, & extendi. Robertus in chron. ibi: Rex Henricus fecit fossata alia inter Franciam & Normanniam ad Prædones arcendos. Vegetius lib. 4. de re milit. cap. 16. notavit Zerda in adversar. cap. 6. num. 15.

(f) Hominihus remansisse.] Quod admodum improbavit Theodoricus apud Cassiodorum lib. 1. variar. epist. 29. ibi: Quamvis nullus velimus gravamen aliquod sustinere, quos videtur pietas nostra protegere (quia regnantis est gloria subditorum oisosa tranquillitas;) tamen specialiter Ecclesias ab omni injuria reddi capimus alienas: quibus dum aquabilia præstantur, misericordia divinitaria acquirunt. Et ideo Beatissimi viri Eusepii Episcopi sancta Mediolanensis Ecclesiæ petitione permotis, præsentibus te assatibus admonemus, ut prædictis honoribus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis, institutionem studeas salva civilitate prestare. Nec a quoquam cuiuslibet nationis homine contra sua privatis opprimi, quos de ei divinitaria intuitu solitari. Ita tamen, ut causis publicis, & privatis que contra eos rationabiliter proponuntur, respondere non diffidant. Quia sicut nolimus eos ab aliquo prægravari, ita exceptos à tramite iustitiæ non patimur inveniri.

(g) Necessitatem, vel utilitatem.] An in casu necessitatis etiam inconsulto Romano Pontifice possint clerici, & Ecclesiastica persone ad tributa pendenda simul cum laicis cogi, notis in temporibus doctæ, & acriter disputatum est: editis pro utraque parte juris allegationibus per Reg. o. Consultarios, tunc filii Patronos D. And. e. m. & Rianno; & D. Antonium à Castro, ac perdoctum, ac piium virum Illust. D. Joan. à Palafox, Oxomensem Episcopum; quorum fundamenta transcripsit Fermosinus in cap. Ecclesiæ B. Mariæ, quæst. 12. & 13. de consuet. & ideo ne actum agamus, hanc partem omittimus.

COMMENTARIUM

EX hoc textu sequens communiter deducitur. 6. Casserio: Clerici ad collectas, seu tributa solvenda cogi non debent, aliis iudices eos cogentes cum suis factioribus excommunicati sunt. Probant eam textus in cap. adversus, hoc tit. cap. 7. cap. clericis; eod. tit. in 6. cap. final. de censibus, in 1. compit. cūjus verba feruntur supra in cap. perveni; cap. Ecclesiarum 19. 12. quæst. 2. cap. quia cogovimus; 10. quæst. 3. cap. convenio, 23. quæst. 8. cap. perveni; cap. secundum canonicam; 86. dist. cap. penult. de iudic. cap. novem; de sent. excom. Clement. præsentis; hoc tit. Concil. Aurel. 4. can. 13. Tolet. 3. can. 21. Tolet. 4. can. 46. ibi: Præcipiente Domino nostro, atque excellentissimo Sacerdote Rege id constituit sanctum Concilium, ut omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publicæ inductione, atque labore habeantur immunes. Lateranense sub Leone X. anno 1521. sess. 9. §. Et cum à jure. Conc. Colon. celebratum anno 1536. p. 9. cap. 20. Mogunt. anni 1549. cap. 76. Bethencietus XI. in extrava. vno. hoc tit. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 20. formidanda Bulla cœnæ Domini cap. 12. Alia Ecclesiæ decreta referunt Crespetius in summa verbo Exaltio. Jodocus Coccius tom. 2. thesauri, lib. 8. art. 8. Consonant lex 7. 6. 8. 9. C. de sacros. Eccles. l. 2. de Episcop. & Cleric. l. 50. 51. 52. 54. cum tribus sequentibus, tit. 1. part. 1. l. 1. & 10. tit. 3. lib. 1. ordin. l. 6. tit. 18. lib. 9. recopit. Illustrant ultra conglitos in præsentia Garannay & Barbola de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 5. Narbona in l. 35. tit. 3. gloss. 4. lib. 3. recopit. Carriertom. 2. Digest. fidei, fol. 569. Boetius Epon. in præsentis, Petrus Gregor. lib. 2. synag. cap. 1. l. 1. part. tit. 4. cap. final. Ponditius 1961.

Handwritten notes in the left margin, including the word 'Fossata' and other illegible scribbles.

resol. canonic. cap. 30. Germonius lib. 3. de sacr. immunit. cap. 15. num. 19. & cap. 17. num. 17. Suarez de censur. disput. 28. & contra Regem Anglia lib. 2. cap. 9. Tapia tom. 1. catena mor. lib. 4. quest. 11. artic. 6. Valenzuela contra Venetos p. 4. ex num. 130. Botel. tom. 3. decif. tit. 15. n. 106. Beyerlinch. in theatr. tom. 3. verbo Ecclesiastici. Araujo de statu civil. disput. 12. difficult. 2. Jacob. Gothofr. in l. 3. & sequent. C. Theodos. de Episcop. & Cler. Bellarminus lib. 1. de clericis, cap. 28. Theoph. Raynaud. tom. 12. tractat. mala e bonis Eccles. sect. 2. cap. 2. Castillo lib. 3. contro. cap. 9. Aeneas Robertus lib. 2. rer. judic. cap. 2. P. Gregor. lib. 3. de repub. cap. 7. & lib. 2. partit. tit. 9. cap. 10. Columbus de angelica hierarch. lib. 2. cap. 9. Landmeter. lib. 3. de veterum. cap. 1. Vigel. in method. jur. cap. fol. 233. Cironius in cap. 2. & 4. de censibus, in 5. compil. Juretus ad Symmachum lib. 4. epist. 62. Kochier lib. 2. polit. cap. 10. Mellana ad D. Hieronymum, verbo Tributum, Tamburinus de jure Abbat. disput. 21. Corvius in apborism. juris Pontif. lib. 1. tit. 9. Fragole de regim. Christ. Reip. p. 1. lib. 2. disp. 4. § 3. Thom. Deibene de immunit. eccles. cap. 1. sect. 1. dub. 2. & de Parliamentis cap. 5. sect. 24. usque ad 30. Scortia in select. epis. 29. theor. 77. D. Joan. de Larrea alleg. 57. Hermosilla tom. 1. in rubric. tit. 1. cap. 5. num. 13. Pereyra de manu regia, part. 2. cap. 38. Didacus Perez in l. 8. titul. 2. lib. 1. ordin. Azevedo in l. 11. titul. 3. lib. 1. recep. Carleval. de judiciis disput. 1. q. 16. sect. 1. Schedius de Diis German. lib. 2. cap. 17. & lib. 3. cap. 17. Gibalinus de censuris in synopsi, fol. 459. Hieronymus Garcia in summa tract. 1. difficult. 3. punct. 4. Bufeus de statibus hominum, verbo Clericorum, Gabriel de Bel. de jure sacro cap. 2. §. 2. cum sequent. Mancinus lib. 1. de triplici juris collat. cap. 67. Diana p. 1. tract. 2. per tot. & p. 7. tract. 1. resol. 19.

7.
Impugna-
tur Con-
clusio.

Sed pro dubitandi ratione ita in presentem assertionem insurgo: Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita est, cap. omnis, de majorum. & obed. sed subditi tributa solvunt suis superioribus, cap. omnis, de censibus, ubi notavi: igitur tam laici, quam Ecclesiastici, cum sint subiecti Principibus secularibus, ut sublimioribus potestatibus, tributa solvere debent. Accedit utilitas communis, immo necessitas tributorum; quare vocantur nervi Reipublicae: & ideo, quae juste, & legitime indicuntur, à vassallis esse praestanda, Junsta, Theologi & Politici docent relati à Bobadilla lib. 5. polit. cap. 5. Valenzuela consil. 99. per tot. Solorzanus tom. 2. de jure Indiar. lib. 1. cap. 13. num. 23. & cap. 18. faciunt Cicero pro lege Manil. ibi: Ornamenta pacis, & subsidia belli esse, dandamque operam, ut omnes intelligant, si salvisse velint, tributis esse conferenda, & necessitati parendum. Tacitus lib. 4. histor. ibi: Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt. Plura D. Joan. Solorzan. emb. 82. Igitur cum tributa ita necessaria sint ad bonum commune, clerici, & Ecclesiasticae personae ad ea solvenda cogi debent. Augetur etiam haec dubitandi ratio ex eo; nam quaelibet Domini nostri actio debet esse vitae nostrae instructio; sed Christus Dominus tributum persolvit, dum Galilaeam peragrans advenisset Capharnaum, cum exactor tributorum de didrachmo persolvendo

à Domino Beatum Petrum interpellavit, cui jusit Dominus nosse piscari, & de statere invento in ore piscis, persolvi tributum pro se, & Petro, ut refertur in cap. 17. Matthai, & refertur in cap. magnam 11. quest. 1. & refertur Baronijs anno 33. num. 30. & 34. num. 10. Igitur clerici, & ceteri Ecclesiastici exemplum Christi sectantes debent tributa persolvere.

Qua dubitandi ratione non obstante vera est praesens assertio, pro cujus illustratione sciendum est, valde controversum esse, an haec exemptio clericorum à tributis sit juris ecclesiastici tantum, an verò à jure divino proveniat? Et juris etiam divini esse, videtur probari ex praesenti textu, ibi: Nemo de jure divino, &c. cap. quamquam, de censibus in 6. ibi: Cum Ecclesia, ecclesiasticaeque persona, ac res ipsarum non solum jure humano, quin immò & divino à secularium personarum exceptionibus sint immunes. Leo X. Concilio Lateran. in bulla de reform. §. & cum fructuum, Concil. Salisburg. sub Pilgrino Archiep. anno 1530. p. 9. cap. 20. ibi: Immunitas Ecclesiastica vetustissima res est, jure pariter divino & humano introducta. Trident. sess. 25. de reform. cap. 20. ibi: Ecclesia, & Ecclesiasticarum personarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam esse. Detrudent Albanus tract. de imm. Eccl. Gutierrez 1. p. prax. q. 5. num. 3. Thomas Deibene tom. 1. de immunit. Eccles. cap. 5. dubit. 8. per tot. Sed cum communi Interpretum placito dicendum est, exemptionem hanc verè juris positivi esse: sed quia valde conformis est juri divino, juris etiam divini dici, & lato modo ad jus divinum eam spectare. Unde in praesenti textu, & proximè relatis appellatur juris divini, quasi à radice, & origine initiativè; haec enim est phrasis, seu usus loquendi sacrorum canonum, in quibus jus divinum appellatur, quod habet originem à jure divino veteris Testamenti, ut testatur Covar. lib. 1. variar. cap. 17. Ita docuerunt Valenzuela adversus Venetos 4. p. Germonius de sacror. immunit. lib. 1. cap. 15. num. 18. Gutierrez de gabellis quest. 92. num. 8. Martha de jurisdic. 4. part. cap. 54. num. 6. Farinacius de immunit. q. 8. num. 3. Bonacina tom. 2. disput. 10. §. 1. num. 3. Guevara pro Pontif. assert. lib. 1. §. 7. num. 31. Diana, qui 30. auctores pro hac sententia refert, p. 1. tract. 2. resol. 1. Barbosa in cap. que in Ecclesiasticarum, num. 2. de consist. & lib. 1. juris Eccles. cap. 39. §. 5. Azevedo in d. l. 5. tit. 3. lib. 1. recep. Cabedo decif. 8. p. 2. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 28. qui omnes originem hujus exemptionis repetunt ex cap. 27. Levit. & cap. 1. Numer. ibi: Tributum Levi noli numerare, nec pones summam eorum cum filiis Israel. Et cap. 3. ibi: Eruntque Levitae mei. Et cap. 27. Genesis; ubi cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terram sibi emeret Pharao, atque sub eadem fame suae servituti cuncta subjiceret, sacerdotes possessionibus privare noluit. Verba sunt: Subjiciteque Joseph omnem terram, & cunctos populos Pharaonis, praeter terram Sacerdotum, qua à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis praebebantur: & ideo non sunt compulsi vendere possessiones suas. Ubi notandum, quod

non Pharao Rex idololatra, sed Joseph vir Dei, & Propheta Domini, qui eius loco Imperium gubernabat, Dei inspiratione, aut iussu, fortasse in allusione legis scripta, & gratia sacerdotum, hanc immunitatem concessit sacerdotibus, non quia boni sacerdotes illi, ut voluit Comitulus *lib. 1. respons. 93. num. 7.* sed quia sacerdotes, ut expendit D. Joan. Chrysostomus *homil. 65. ibi: Audiant qui nunc vivunt, quantum olim sacerdotum curam habuerint, & discant, ut vel saltem partem habeant honorem his, quibus omne Dei ministerium creditum, & sacerdotio insigniti sunt; si enim errantes illi, & tantum idololorum curam habentes idolocoli, ita eorum ministros colerent, quantum non condemnatione digni, qui nunc imminuunt, quod ad sacerdotum spectat cultum.* Probat etiam originem huius exemptionis à jure divino ex *cap. 17. Matthæi*; ubi cum Dominus Divum Petrum interrogasset, Reges Gentium à quibus accipiunt tributum, filii suis, an ab alienis? Et respondisset Apostolus: Ab alienis. Christus dixit: Ergo liberi sunt filii; Filii autem Dei peculiari sunt sacerdotes. Quo in loco ita ait Divus Hieronymus: *Ille pro nobis crucem sustinuit, & tributa reddidit: nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filii Regis à vectigalibus immunes sumus.* Sed hanc Divi Matthæi auctoritatem paulò accuratius expendemus infra in solutione dubitandi rationis. Apud Gentiles etiam eorum sacerdotes immunes fuisse ab omni tributo ex actione satis constat ex edicto Artaxerxis Regis Perfarum, quod refertur *lib. 1. Esdræ, cap. 7. vers. 21.* his verbis: *Ego Artaxerxes Rex statui, atque decrevi omnibus custodibus arca publica, qui sunt trans flumen, ut quodcumque petierit à vobis Esdras sacerdos scriba legis Dei cæli, absque mora detis, usque ad argenti talenta centum, & usque ad frumenti coros centum, & usque ad vini barbos centum; sal vero absque mensura. Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli, ne foris irascatur contra regnum Regis, & filiorum eius. Vobis quoque notum facimus de universis sacerdotibus, & Levitis, & cantoribus, & janitoribus, nathineis, & ministris domus Dei huius, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.* Expendit Petrus Menochius *de republ. Hebræorum lib. 1. cap. 5.* Sacerdotes etiam flamines idololorum immunes fuisse ab omni fordida præstatione, constat ex *l. 2. C. Theodos. quoad modum civilium*: & de aliis sacerdotibus probant Cujacius *lib. 8. observat. cap. 27.* Gutherus *de jure Pontif. lib. 1. cap. 28.* Gernonius *lib. 1. sacram. cap. 13.* De Druidis Gallorum idem refert Cæsar *lib. 6. comment. belli Gallici*, his verbis: *Druides à bello abesse consueverunt, nec tributa unà cum reliquis pendunt, militia vacationem, omnemque rerum habent immunitatem. Tantis excitati premis, & sua sponte multi in disciplinam conveniunt, & à parentibus propinquis nutuntur.* Non tamen jure civili immunes erant ab angariis, quæ Principi expeditionis tempore præstabantur, *l. ult. §. patrimoniorum, el. 2. Digest. de muner. & hon.* ubi per Pontifices intelliguntur sacerdotes minores, qui Romæ, & in Provinciis sacerdotio fungebantur, *l. 1. ff. ad leg. Jul. de ambitu, l. 17. ff. de muner. & honor. l. 8. & 13. de vacat. muner.*

l. 10. C. de natur. lib. notavit Guterus *lib. 1. de jure Pontif. cap. 30.*

Unde facile apparet quantum cum ratione Ecclesiæ Patres tot in canonibus statuerint clericos immunes esse ab omni tributo, gabellæ; nam ut Dionysius Carthusianus ait ad *cap. 47. titulus de Genesii*, si Gentiles Reges, & Principes sic assererebant, & providebant sacerdotibus suis, quantum magis Christiani Principes hoc facere, atque ecclesiasticam libertatem defendere debent? Facit præcipua ratio, nam tributa solvuntur in signum subjectionis, *cap. 2. de censibus*; & in stipendium laboris, in exercenda suprema jurisdictione impenditur, ut notavit D. Paulus ad *Romanos cap. 13.* unde cum clerici omnino exempti sint à jurisdictione laicali, *cap. denique, 66. dist. cap. nullus, cap. Christianus 11. q. 1.* etiam à tributa præstandis liberi esse debent, ut considerat Suarez *lib. 4. advers. Regem Angliæ, cap. 24. num. 7.* Quare in præsentibus aut alii quicumque Magistratus gabellas, seu tributa clericis imponentes excommunicantur, immò & eadem censurâ ligantur etiam tributa accipientes à clericis sponte dantibus, *cap. clericis, de immunit. Eccles.* Et quia Bonifacius VIII. agnovit suo tempore Principes Christianos avarè, & sine causa nova quotidie sacerdotibus imponere vectigalia, ita ut sine fine arbitratu suo decimam, vigesimamve partem proventuum sacrorum tributi nomine imponerent, ut refert Polydor. Vergil. *lib. 17. histor. Angl.* ideo ut immunitati Ecclesiæ consulere, eadem censura eos innodavit in Concilio Lugdunensi relato in *d. cap. 3. 3. hoc tit. cap. quam, de censibus lib. 6.* Eandemque censuram repetitam legitimus quotannis in Bulla cœnæ Domini, *cap. 18. ibi: Etiam à sponte dantibus.* Quomodo cumque enim redoleant tributum solvere Principibus, excommunicatio incurritur; quia cum hoc privilegium in favorem totius Cleri inductum sit, renunciari non potest, ex adductis in *cap. si diligenti, de foro compet. docet Suarez de censur. dist. 21. sect. 2. num. 99.* ubi rectè advertit, verbum illud sponte, non esse referendum ad absolutam, & omnino liberam voluntatem, quia laicis interdictum non est recipere ea, quæ ex libera & absoluta voluntate donantur; sed potius intelligi oportere de his, quæ titulo tributi, aut vectigalis, sine alia speciali vi, aut coactione exigunt, ut sic appareat tutam non esse opinionem Girondæ *de gabell. 7. p. in princip. num. 3.* quam probare videtur Gutierrez in eod. *tract. cap. 87. num. 3.* existimantis gabellas, & vectigalia exigentem à clerico sponte solvente, excommunicationem non incurrere: cum contrarium expressè cautum sit in *d. cap. 28. Bullæ*: quam excommunicationem latè explicat Thom. Delbene *d. cap. 5. dub. 27. cum sequent.* Et quàm malè cessit huiusmodi exactio tributorum ab ecclesiasticis Principibus sæcularibus, in numeris exemplis est proditum; merito enim contestantur in hanc rem Pet. Blesens. *epist. 112.* Nunquam pauperum, nunquam Ecclesiæ spolia prosperos habuerunt eventus. Probat casus Emmanuelis Lusitanæ Regis referente Osorio *lib. 9. de ejus gestis.* Concesserat Lec Pontifex decimationes fructuum Ecclesiasticorum in sumptus belli, quod in Africa gerebat; eam tamen concessionem remittere coactus est Emmanuel postquamprehendit, ex quo ea benignitate

tate Pontificia usus fuerat, nihil sibi prospere, omnia sinistra cessisse. De Carolo VII. Gallie Rege prodidit Meyerus lib. 16. *annal. Fland.* ibi: *Cum Rex bello Normansco è quo Regni pars, & tranquillitas pendebat, valde irgeretur, essetque funditus exhaustus, suggestum illi fuit ab ecclesiastico homine, ut decimatione Ecclesiarum in eum finem instituta, consuleret rebus suis. Negavit tamen Carolus tali consilio obtemperare, quod pessimo cessisset Principum nonnullis ea decimationum indolentio illegitima. Nec omittendum est exemplum quod refert Gregor. Turon. lib. 4. *hist. Franc. cap. 2.* his verbis: *Clotarius Rex indixerat, ut omnes Ecclesia regni sui tertiam partem fructuum fisco persolverent; cui licet invidis, cum omnes Episcopi consensissent, & subscripissent, viriliter hoc B. Injuriosus respiciens subscribere dedignatus est dicens: Si volueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet. Quid iniquus est, ut pauperes quos debes tuo alere horreo, ab eorum stipe tua horrea replentur? Et iratus contra Regem, nec valedicens abcessit. Tunc commotus Rex timens etiam virtutem S. Martini, misit post eum cum muneribus veniam precans, & hoc quod fecerat, damnans, simulque rogans, ut pro virtutem B. Martini Antistitis exoraret. En quanta sit generalitas, tamen unicus sacerdotis in bona causa: & idcirco P. Blesensis epist. 21. urgebat Decanum Rhotomagensem, ne per suam incuriam, & animi vilitatem fineret Ecclesiam humiliari, & à dignitate sua excidere, subeundo decimationes, quibus tunc excugebatur, specie assensum Antistitem non audientium adversus Regem loqui: & fortius quoque in eadem sententia persistit epist. 20. & 112.**

10.
De diversis clericorum bonis.

Sed quia bona clericorum non unius generis sunt, ut cognoscamus, in quibus hæc immunitas à tributis Clericis competat, sciendum est, duo genera bonorum in clericis considerari; quædam enim sunt ecclesiastica, intuitu Ecclesie ex ejus redditibus & proventibus quaesita; alia verò secularia, quæ vel à parentibus, vel à consanguineis eis advenerunt, aut ea sua industria, & labore clerici comparaverunt, ut constat ex D. Thoma quodlibet. 6. artic. 12. Sunt autem qui putant, in bonis intuitu Ecclesie quaesitis peculiarem rationem vigere, propter quam tributorum præstatione gravari nequeant, scilicet quæ inter res sacras numerentur: verum nullo modo sacra dici posse, rectè probat Suarez ubi supra, cap. 23. num. 7. ea enim bona sicut alia patrimonialia, efficiuntur clericorum, ut jam probavi in cap. 1. de pecul. cleric. Tam bona igitur Ecclesiastica, quam particularia clericorum exactioni tributorum minimè subjacent, cap. ultimo de vita & honest. cleric. cap. quamquam, de censibus in 6. Clement. præsertim, eodem tit. authent. item, Cod. de Episcop. & cleric. l. 6. titul. 18. lib. 9. *recopil.* licet enim quoad bona privata clericorum hæc immunitatem negaverit Imperator Constant. in l. 3. & 5. C. Theodos. de Episcop. & cleric. & ejus tempore, ac Theodosii Junioris Ecclesia immunes non essent à tributis canonicis, l. 15. 20. & 33. C. Theodos. de Episcop. & cleric. tamen eam concessit Emmanuel Imperator, ut refert Balsam. in can. 4. *Synod. 7.* probant plures congesti à Barbosa tom. 6. in select. ad textum in cap. ex parte, num. 19. de constit. bona D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

enim patrimonialia veniunt in accessionem personæ clericalis, si ejus sunt; accessorium verò ex suo principali dijudicandum est, cap. accessorium, de R. I. in 6. Accedit, nam bona Ecclesie sui naturæ temporalia sunt; & tamen ex eo solum, quia Ecclesie accedunt, privilegium fortiuntur, ne tributa pendeant, ut probavi in cap. 1. de censibus. Igitur idem de bonis clericorum dicendum est. Tandem nam etiam propter bona patrimonialia non potest clericus conveniri coram iudice seculari, cap. si clericus laicum, de foro compet. Igitur nec solvere tenetur tributa à seculari Principe imposita. Non tamen ideo asserimus quoad omnia bona patrimonialia clericorum pro Ecclesiasticis haberi, sed tantum quoad privilegia in jure expressa; nam ea præscribuntur tempore ordinario, & ex eis decimas solvunt clerici, licet de fructibus beneficii eas non persolvant, cap. 2. de decimis, ubi probavi: super eis compromitti potest in laicum, licet de rebus Ecclesiasticis compromissum in laicum fieri nequeat, ut notavit Mancinus *genial. cap. 241. cum sequent.* Ideo bona, quæ ad ecclesiasticum perveniunt, quamvis essent tributaria, fieri libera, & mutare forum, docent Barbosa lib. 1. de jure Eccles. cap. 39. §. 2. Marini lib. 1. *resol. 47. & allegat. 126. & decis. 217. tom. 1.* Azevedo in l. 11. ex num. 8. tit. 3. lib. *recopil.* quia tributa ordinaria non sunt realia. Molina de *justitia disput. 661. num. 4. & 672. num. 3.* Nec valet statutum, per quod prædia quæ ad Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas ceperint pertinere, subjiciantur collectis. Beltraminus de Guevara in *propugnat. Eccles. libert. assert. 1. §. 5. n. 8. pag. 56.* etli contrarium moraicis Ecclesiasticæ libertatis probet Arniseus de *immunit. honor. eccles. cap. 4. num. 6.* Nec ei favet locus Capitularium lib. 4. cap. 37. ubi cavetur: *Quicumque terram tributariam, unde tributum ad partem nostram exire solebat, vel ad Ecclesiam, vel cuiuslibet alteri tradiderit, is qui eam susceperit, tributum, quod ex ea inde solvebatur, omni modo ad partem nostram persolvat.* Nam accipi potest de pensionibus, quæ debentur ex vi emphyteusis, aut feudimixti, quod jus transit cum re, ut ex Panormit. in cap. ult. de vita & honest. cleric. num. 12. docuerunt Comitulus lib. 1. cap. 94. num. 3. Theophilus supra cap. 3. num. 2.

Solet tamen disceptari, an si clericus laico hærede scripto decedat, & jacente hæreditate bona ad satisfaciendum creditoribus, vel legatariis distrahantur, an ex eorum venditione decima debeatur? Et sanè si laicus hæres institutus adierit, gabellam esse solvendam resolvit Lassarte de *decim. vendit. cap. 19. num. 4.* Cæterum si nullus hæres clerico existat, difficilior hæsitatio est; nam cum defunctus sine hærede decedit, bona ejus nomine venduntur, §. 1. *Instit. quibus ex causis manumittere, §. 1. de hæredum qualit.* unde cum clericus à solutione gabellarum sit immunis, dicendum videtur, ex venditione ejus nomine facta gabellam non deberi, præcipue quia hæreditas defuncti personam repræsentat, l. in eo 33. in fine, l. hæreditas 62. ff. de acquir. rer. dom. Contraria verò sententia suadet ex eo, nam hoc privilegium clericis concessum personale est, & ideo cum persona extingui debet, l. qui tali, ff. solut. marr. cap. privilegium, de R. I. in 6. nec potest in

II.
De bonis clericis defuncti.

Oooo 3 hære-

hereditate conservari, quia ea, quæ personalia sunt, & personam exigunt, per hereditatem expediri nequeunt, *l. hereditas, ff. de acquir. rer. dom. l. ususfructus, ff. de stipul. servor.* alioquin sequeretur, heredem laicum aduentem clerici hereditatem, à gabelle solutione immunem esse, cum hæres defuncti personam sustineat, *l. hæres, ff. de acquir. heredit.* quod tamen absurdum esse constat *ex l. pater 28. ff. de rebus auctoris. iudic. l. ex pluribus, ff. de administr. iur. l. 1. §. præterea,* iunctâ glossâ ibi, verbo *Mixta, ff. de separat.* nemo enim est, qui nesciat laicum heredem institutum à clerico post aditam hereditatem gabellarum solutioni esse obnoxium, ut probat Gutierrez *de gabel. quest. 88. num. 7.* nam bona quæ fuerunt clerici, aditâ hereditate efficiuntur proprium patrimonium hæredis, *l. si plures, §. filio impuberi, ff. de vulgari, l. 1. §. veteres, ff. de acquir. possess.* Gomez *in l. 45. Tauri, num. 154.* Corratius *in l. frater, n. 48. ff. de condit. indebit.* Faber *de error. 2. p. decade 54. error. 4.* atque ita cum ipsi laico hoc beneficium non competat, omnino ipse tenetur gabellam persolvere. Quæ sententiâ retentâ non obstat, bona clerici defuncti ipsius nomine distrahi; quia in hac immunitate principaliter clerici persona attenditur; ideo enim clericorum bona à solutione tributorum immunita sunt, ne eorum personæ graventur: quæ ratio cessat in præsentî casu, cum ponamus clericum rebus humanis exemptum; tunc enim privilegium ei concessum ad bona, quæ ejus fuerunt, porrigi non debet, ut cum Decio *in cap. Ecclesie, num. 18. de constit.* notant Lassarte *de decima vendit. cap. 19. num. 47.* Gutierrez *ubi supra, num. 5.* qui addunt, quod licet bona nomine defuncti distraherentur, verè tamen venditio ab ipsis creditoribus fit, & ipsis potius quam defuncto interest ex ea venditione gabellam non solvi. Nec etiam obstat hereditatem hæredis personam sustinere; nam aut loquimur eo casu, quo certum est, neminem clerico defuncto heredem esse, & tunc cessat persona illa imaginaria, quæ tamdiu durat, quamdiu subest spes aliqua defuncto heredem se futurum, *l. 1. ff. de A. & O. iunctâ traditis à Cujacio lib. 2. obs. cap. 31.* Donel. *lib. 19. comment. cap. 43.* ex quo eruenda est interpretatio ad textum in *l. hæres à debitor, §. quod si stipulator, ff. de fideiuss. l. Stichum, §. tamen si, in fine, ff. de solut. aut loquimur eo casu, quo adhuc deliberat hæres scriptus; & tunc privilegium hoc, quod clerico concessum est, in ejus hereditate conservari nequit, ex supra traditis. Omnia autem, quæ hoc commentario adduximus circa exemptionem à tributis clericis competentem, locum non habent in eo, qui negotiationis causâ merces distrahit, *cap. quamquam, de censibus in 6. Clement. presertim, eod. tit. l. 7. tit. 18. lib. 9. recopul. Delbene d. cap. 5. de immunit. dub. 3. sect. 2.* probavimus jam *in cap. final. de vita & honest. cleric.**

12.

Dissolvi-
tur dubi-
tandi ra-
tio.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam omnia, quæ in ea expendebamus, procedunt in laicis, qui subiecti sunt Principibus sæcularibus, qui ad solutionem tributorum omnino tenentur, ex rationibus ibi expensis, quæ in clericis non militant, cum non pareant Principibus sæcularibus. Nec est invidendum Ecclesie, & personis Ecclesiasticis, si aliis laicis pugnantis, tributis, & vectigalibus ad Reipub-

lica munera oneratis, ejusmodi Ecclesiasticæ, & personæ sua immunitate, & libertate potiantur, quamquam & ipsi in eadem Republica sint, in eodem loco, & quamvis in privilegiis, & utilitatibus publicis ex contributionibus succedentes & beneficio, quæ per tributa, & vectigalia indicta, & superindicta eveniunt, fruuntur; siquidem quemadmodum Ecclesia, & personæ Ecclesiasticæ immunes sunt ab oneribus laicorum, & participant nihilominus commodis, & utilitatibus illorum; sic contra personæ laicorum immunes sunt ab oneribus, militia, laboribus, & muneribus Ecclesiasticis; & nihilominus participes sunt cultus divini, orationum, & ministrorum earum: sic nutritur corpus Reipublicæ per temporalia corporalibus necessariis; per spiritualia verò verbo in anima: & ita onera compensantur in utriusque vitæ modis; nec ecclesiastici duplici onere, & ministerio, corporali, & spirituali sunt gravandi. *cap. quoniam 8. 10. dist. præcipue cum Ecclesiastici satis sint onerati procuracionibus, subsidis, censibus, & aliis præstationibus, de quibus egi in tit. de censibus.*

Nec obstat, quod de utilitate communi ex solutione tributorum proveniente expendebamus: cujus difficultatis occasione examinandum venit, an clerici simul cum laicis in his, quæ pertinent ad utilitatem communem, contribuere teneantur? Et sanè si contributio æquè primario, & principaliter respiciat commodum, tam clericorum, quam laicorum, ab omnibus æquè fieri debet, veluti si flumen vicinos agros laicorum, & clericorum inundet, & pro aggeribus reparandis, & fluminis injuria avertenda aliquid expendatur: id namque ab omnibus erogandum est, vnotat Lessius *de justitia lib. 2. cap. 33. dub. 3.* Salas *de legibus quest. 96. tract. 14. dispus. 14. sect. 11. num. 115.* Arniseus *de immunit. honor. Eccles. cap. 4. num. final.* sicut etiam omnes tenentur pro rata solvere collectam, quæ imponitur pro custodiendis gregibus, vel armentis, vel agris, *l. 12. tit. 3. lib. 1. recopul. vbi Azevedo, Avendano in cap. Prætor. cap. 14. num. 13. 2. p. Mexia in pragmat. panis, conclus. 5. num. 43. Salcedo in praxi, cap. 55. vers. 4. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 18. num. 244.* Idem etiam locum habet, si animalia clerici vastaverint aliena, vel communia pascua, quia tenentur pro damno dato. Gregorius Lopez *in l. 24. tit. 35. part. 7. verbo El ganado;* ubi docet clericos ad hujusmodi damna sarcienda per suos judices esse cogendos. Eum sequuntur Castillo *in l. 70. Tauri, num. 28.* Aviles *in capit. Prætor. cap. 17. gloss. 1. num. 12.* Salas *de legibus d. sect. 11. num. 115.* quod verum esse sentit Salcedo *ubi supra, vers. 7.* si pro damni emendatione controversia judicialis sit instituenda; secus verò dicendum, si pœna exigenda sit de plano, sine strepitu, & figura judicii; tunc enim iudex sæcularis ad pecorum capturam procedere potest, *d. l. 12. & ita cum Baldo resolvit Avendano in d. cap. 14. num. 13.* nec aliud probandum est, si in occidendis, vel colligendis locustis, vel vermibus, de quibus *in l. ex conducto, §. si quis vis, ff. locati,* vel aliis animalibus legetes vastantibus aliquid erogatur; nam cum id in clericorum

corum quoque utilitatem cedat, etiam ad contributionem tenentur, ut ex Narbona, & aliis probavi in cap. pervenit, hoc tit. Idem de expensis pro mcedenda peste factis resolvunt Mexia in disti. pragm. conclus. 5. num. 41. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 18. num. 192. Castillo lib. 6. contrrov. cap. 9. Verum si contributio fiat pro iis, quae principaliter pertinent ad communitatem, etiam si eorum utilitas in singulos deriveret, non satis constat, an clerici simul cum laicis contribuere teneantur; nam ad constructionem pontium, viarum, fontium, & murorum reparationem cogi posse, probant expressè textus in l. ad instructionem, C. de sacros. Eccles. in l. absit, C. de privil. domus August. lib. 11. l. final. C. quibus muner. lib. 10. l. ultim. C. de annonis & tribut. eod. lib. 1. ultim. §. parvimoniorum, et 2. vers. ab hujusmodi, ff. de muner. & honor. l. 2. C. de Praepos. sacri cubic. lib. 12. l. 5. C. Theodos. de itiner. muniend. l. 21. C. de cursu public. lib. 12. l. 6. C. de oper. public. l. 1. C. de collat. fund. patrim. lib. 11. Idemque jure Regio cautum videtur in l. 5. tit. 6. part. 1. in l. 10. tit. 31. part. 3. in l. 11. tit. 3. lib. 1. re. copil. & apud Gallos lib. 6. capitul. c. 107. ibi: Possessiones ad religiosa loca pertinentes, nullam descriptionem agnoscant, nisi ad constructionem viarum, vel pontium, si intra eadem loca habuerint possessiones. Exornant Bartolus, & Platean l. nullus, la 2. C. de cursu public. lib. 12. Abbas in cap. pervenit, n. 3. hoc tit. Gilkenius in dist. l. ad instructionem. Thom. Delbene de immunit. Eccles. p. 1. cap. 5. dubit. 17. Aneas Robertus lib. 2. rer. judic. cap. 3. per tot. Hieron. Garcia in summa. tract. 1. difficile. 3. dub. 2. punct. 6. Mancinus gemal. cap. 245. Flores de Mena lib. 2. var. quest. 2. num. 2. Caballos q. 897. Avendanno de exeg. mand. lib. 2. cap. 14. num. 19. Collantes in pragm. rei frument. lib. 3. cap. 15. num. 8. Martha de jurisd. 4. p. casu 9. & 10. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 18. num. 291. Quae praestatio ad reparationem viarum, & pontium non censetur sordidum munus, qualia sunt relata in l. in honoribus 8. §. Philosophi, ff. de vacat. muner. l. maximarum 12. vers. sordidorum, cum legib. sequent. C. de excus. mun. lib. 10. nempe quoniam inscriptae sunt, & dedicate titulis majorum Principum, hoc est Imperatoribus, qui in omnibus operibus publicis, veluti in viis, & pontibus adscribantur, l. 31. in fine, ff. de operib. public. l. qui judices, C. eod. tit. Steubechius ad Vegetium de re milit. lib. 4. in princip. Unde ab hoc munere neminem dignitatis privilegio excusari, constat ex l. 4. C. de privil. dom. August. quae eisdem ferè verbis extat in l. administrationes, C. de sacros. eccl. & plenius in l. ult. C. Theodos. de itiner. muniend. adeo ut divina quoque domus simili reparationi inservire debeant, hoc est, ut explicat Cujac. in dist. l. 4. domus Principis, & quaecumque ad ea pertinent, juxta rubricam inscriptam de privil. domus August. & acceptio nem istam divina domus, de qua in l. interveniente 12. ff. ad Terry. novel. 21. Theodosii, ibi: Nec divinam domum, nec Ecclesiam, & novellam Tiberii de divinis domibus, cum aliis congestis à Brissonio de P. S. verbo Domus.

Urget tamen praesens textus, in quo sub anathematis poena prohibetur, ne aliqua onera ecclesiasticis personis injungantur, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, utilitatemque aspexerint, ut absque ulla exactione ad sublevandas communes necessitates, ubi laicorum non

suppetunt facultates, subsidia existiment conferenda. Unde apparet, ecclesiasticas personas sine praevio Episcopi, & Cleri consensu, etiam in his communibus necessitatibus non teneri simul cum laicis ad contributionem concurrere: & infra incap. adversus, expressè asseritur, haec subsidia humiliter, & devotè, & cum gratiarum actione à laicis esse recipienda: igitur quia ex justitia non tenentur cum aliis laicis etiam in publicis utilitatibus contribuere. Nec satisfacies si dicas, praesentem textum procedere in his tributis, quae imponuntur à Consulibus, & Rectoribus civitatum, non verò in his, quae ex regio decreto imponuntur; nam haec expositio admittenda non est, quoniam expressè convincitur ex declaratione, quae fit in bulla aenae Domini, ubi dicitur, prohibitionem, de qua supra, locum habere in quibuscumque personis cujusvis praeminentiae, dignitatisque, etiam Imperatoris, & Regalis; & in illis verbis: Innoventes decreta super his per sacros canones, tam in novissimo Lateranensi, quam in aliis Conciliis generalibus edita; & in dicto cap. adversus, exponendo potius quam suppleendo eorum sanctionem, ut rectè notat Suarez lib. 4. advers. Reg. Angl. cap. 26. num. 9. Et facit textus in cap. clericis, §. nos igitur, de immunit. Eccles. lib. 6. ubi Regum, & Imperatorum expressa mentio fit, Textus in cap. quamquam, de censibus, eod. lib. ubi neque collegium, neque universitas, neque aliqua etiam singularis persona, cujuscumque dignitatis existat, aliquod tributum personis ecclesiasticis injungere potest. Ergo ut hujus articuli vera resolutio habeatur, dicendum est, clericum ad constructionem pontium, viarum, fontium, & murorum reparationem teneri; non quidem propter jura civilia, quae Ecclesias, & personas ecclesiasticas huic oneri adscribunt, dist. l. ad instructionem, cum similibus, quia laici in hujusmodi personas nullam jurisdictionem exercere valent, cap. Ecclesia, cum ibi adductis, de constit. sed potius quia Ecclesia permittit, ut Ecclesiasticae personae eas contributiones solverent, ut dicitur in l. 54. tit. 6. part. 1. ibi: Turvo por bien la santa madre Iglesia. Et sanè æquissimum fuit, ut clerici adhibitis conditionibus, de quibus infra, simul cum laicis hujus contributionis onus subirent; nam his rebus communibus omnes indigent, & utuntur, atque ideo omnes debent simul contribuere, maxime quia haec contributio nullam continet indecentiam, nec dignitati status sacerdotalis repugnat, ut probat Suarez libro 4. advers. Reg. Angl. cap. 26. num. 2. Unde deducitur, cum de hac contributione clericorum tractatur, nullam legum civilium rationem esse habendam, sed servandam esse formam praescriptam in hoc textu, & in dist. cap. adversus, quibus dispositio textus in dist. l. ad constructionem, corrigitur, aut saltem temperatur, ut notarunt Abbas in praesenti, num. 18. & alii relati ab Aufretio de eccles. potest. regul. 2. fallentia 27. Menchaca lib. 1. contrrov. usus reg. cap. 6. num. 4. Proponuntur autem in hoc textu, & in dicto cap. adversus nonnullae conditiones ad hanc contributionem necessariae, quarum prima est, ut laicorum non suppetant facultates; quod ceteri jure regio restringatur ad bona communia (quae vulgò proprios appellamus) ut in defectum eorum bonorum clerici contributionis onus simul cum laicis sentire debeant, l. 20.

tit. 32. partit. 3. l. 11. tit. 3. lib. 1. recopil. verius tamen est, eo demum casu clericos cogendos esse contribuere, quo moraliter constet communia bona non sufficere, & singulos cives non posse sine magno gravamine solis suis sumptibus opus perficere, ut notat Suarez ubi supra, n. 15. tunc enim verum est dicere, laicorum facultates non suppetere, alioquin nullum esset privilegium clericorum, cum laici quoque contribuere non teneantur, nisi in defectum bonorum communium, ut advertit Lessius de iustitia lib. 2. cap. 33. dub. 3. Salas de legibus tract. 14. disp. 14. sect. 11. Martha de iurisdic. 4. part. centur. 1. casu num. 51. qui num. 2. advertit ita definitam fuisse à Clemente VIII. in eoque viget differentia ratio inter contributionem, quæ fit directe, & principaliter ad utilitatem, tam clericorum, quam laicorum, in qua omnes æque concurrere debent, & eam, quæ respicit primariò communem utilitatem, quamvis hæc utilitas in privatos derivetur, nam in hoc secundo casu clerici non aliter tenentur, quam si laicorum non suppetant facultates, ut ait Salas ubi proximè.

15. Secunda conditio in eo consistit, ut ad hanc contributionem non aliter perveniat, quam si Episcopus, & Clerus re diligenter pensata eam clericis existimant imponendam. Etiam additur in dict. cap. adversus, ut prius R. Pontifex consular: Cleri autem appellatio, est regulariter ad diocesanam Synodum referatur, tamen quoad præsens institutum attinet, accipitur pro Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, argumento textus in cap. 1. de his qua sunt à Prelat. Unde non prius clerici tenentur ad hanc contributionem, quam si Episcopus cum Clero existimaverit publicam utilitatem & necessitatem subesse, & nisi R. Pontifex prius fuerit consultus. Non tamen inde existimes, totum hoc ex libero Episcopi, & Cleri arbitrio pendere; nam verbum illud existiment, non importat liberam voluntatem, sed rectum, iustumque iudicium, l. 11. §. si fideicommissum, ff. de legat. 3. docent Gregor. Lopez in l. 54. tit. 6. partit. 1. Gutierrez lib. 1. practico. cap. 3. num. 8. ubi resolvit. quod si in prædictis casibus Episcopus, & Clerus pronunciarint, contributioni locum non esse, appellari posse ad superiorem. Tertia conditio est, ut contributio fiat sine aliqua exactione, videlicet, ut si ea approbata sit, tamen clerici ad illius solutionem per iudices sæculares cogi non possint, ut docent Gutierrez ut supra, num. 10. qui rectè reprehendit Capolam tit. de servis. via. quest. 26. dum asserit, clericum compelli posse à iudice sæculari reparare viam ante domum: ceterum si contributio fiat pro his rebus, quæ principaliter pertinent ad publicam utilitatem, certum est, non posse iudicem sæcularem clericos ad solutionem cogere, ut docent Salas de legibus dict. sect. 11. num. 115. Suarez dict. cap. 26. n. 6. & hanc sententiam de jure veriore esse fatetur Flores à Mena lib. 2. var. cap. 21. num. 225. & cautius facturos iudices sæculares, si observent consilium legis 54. tit. 6. partit. 1. quæ præcipitur, pro hujus contributionis exactione adeundum esse iudicem ecclesiasticum, asserunt Azevedo in l. 11. tit. 3. lib. 1. recopil. num. 5. Tapia lib. 4. casen. mor. quest. 11. art. 21. num. 2. Sanchez tom. 1. consil. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 2. Anguianus de legibus lib. 2. contrav. 15. num. 14.

Diana pluribus relatis 1. p. tract. 2. resol. 42. facit lex 54. tit. 6. partit. 1. Carleval. tom. 1. de iudiciis, disp. 2. num. 159. Nec contrarium probatur in eadem lege, & in l. 3. tit. 12. cod. lib. 1. recopil. quibus doceri videtur, iudices sæculares clericos ad solutionem tributorum compellere posse illis casibus, in quibus clerici easolvere tenentur; nam et si earum legum auctoritate plures admiserint eam sententiam, ut constat ex adductis à Gregorio Lopez in l. 51. verbo Por raxon, tit. 6. partit. 1. Mexia in pragmat. panis conclus. 5. num. 7. Cenedo ad Decret. collect. 37. numero 4. Azevedo in d. l. 11. num. 5. Avendanno de exeq. 2. p. cap. 14. num. 13. & præceptum asserit Flores de Mena lib. 2. var. cap. 21. num. 225. cum seqq. ut si Episcopus nolit compellere, eos iudex sæcularis compellat. Facile tamen respondeatur, textum in dict. l. 2. dum iniquare videtur in verb. Salvo, in his casibus, in quibus clerici tenentur contribuere, posse à laicis compelli, intelligendum esse servato juris ordine, quomodo etiam accipiendus est textus in illis verbis: A fallecimiento de propios deben contribuir. Etiam responderi potest in dict. l. 2. non rectè deduci argumentum à contrario sensu, cum sequatur ablutum, argumento textus in l. conventicula, C. de Episcop. & cleric. notat Gutierrez lib. 1. practico. quest. 3. n. 3. at verò textus in dict. l. 12. loquitur de his rebus, quæ primò, & principaliter pertinent ad clericorum utilitatem: quo casu contributio nomen tributi non meretur; & ideo per iudicem sæcularem exactio fieri potest.

Nec tandem obstat augmentum dubitandi rationis deductum ex dicto capite 17. Matthæi, ubi refertur, Christum Dominum solvisse tributum pro se, ac Petro. Cui communitè respondetur, Dominum nostrum immunem fuisse ab eo tributo, sed ut omnem scandali passivi occasionem tolleret, tributum solvisse, ut pluribus re atis docent Valenzuela contra Venetos part. 4. num. 133. Turriserem. de Ecclesia lib. 2. cap. 94. P. Greg. lib. 3. de repub. cap. 7. num. 11. Alvar. Pelagius de plantu Eccles. cap. 55. Illud etiam notandum est, quod cum tributum illud dicatur Didrachmum, non aliud esse videtur, quam illud quod à Deo est imperatum Exodus cap. 30. Filiis Israël, nimirum ut viri omnes in vigesimo anno, & supra, pro redemptione, & propitiatione sua darent in usum tabernaculi dimidium teli, quod est didrachmum; duo autem didrachma unum faciunt statere, duo verò statere unam unciam, ut exponunt D. Hieronymus in Ezechielem cap. 4. Epiphanius de mensuris. Refert Josephus lib. 3. antiquis. cap. 9. usque ad Vespasiani tempora perseverasse ejusmodi tributum; sed templo destructo, illud ipsum didrachmum ab omnibus Judæis solvitur ubique gentium habitantibus: quod & tradit Baronius anno 33. Ceterum putarunt nonnulli, eo quod interrogaverit Dominus Petrum: Regu terre, à quibus accipiunt tributum, à filiis suis, an ab alienis? dictum didrachmum tributum esse, quod tunc Judæi Romanis perolverent. Sed verius est Dominum ea similitudine usum fuisse, unde optime infertur: Sicut Reges Gentium à filiis tributum non exigunt, eadem ratione Dei filium immunem esse à tributo, quod Deo penditur ad usum templi.

Sed supra traditis obstat Joannes IX. in Synodo Ravennat. part. 2. cap. 8. in illis verbis: *Quod si...*

pastus imperatoris ab Episcopis, & Comitibus secundum antiquam consuetudinem solentur; quod si novo tempore fisci Comitalis in ius ecclesiasticum concessus est, augetur stipendium Imperiale ab Ecclesia, iuxta quod Respublica fuerint memorata. Ex quibus deducitur, Episcopos debere tributa ad pastum Imperatori præbere, ut Comites & alii sæculares persolvunt. Igitur quia immunes non sunt à tributorum solutione. Pro cuius canonis expositione dicendum est, in eo non agi de tributis, sed de hospitio, mansionatico, & paratis. Olim enim qui ad hospitium præbendum tenebantur Regi proficiscenti, non modò mansionaticum, verùm & paratas, idest alimenta, &

alia necessaria familie Regis præbebant. Otho Frising. lib. 2. de gestis Friderici, cap. 12. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 45. ex quibus, & aliis id probant P. Pitheus in glossar. verbo Pastus; Bignon. in not. ad Marculsum, lib. 1. cap. 3. Cum ergo Episcopi, & clerici immunes sint ab hospitibus præbendis, non tamen sint exempti cum Princeps proficiscitur, ut probavi in dist. capite 1. hoc titul. ideo in dicto canone 8. jubetur, ut tam Episcopi, quam Comites præbeant Imperatori pastum, cum videlicet iter facit; quia tunc debet hospitio recipi, etiam ab Ecclesiasticis. Alteserra de Ducibus libro 3. capite 16.

C A P U T V.

(a) Lucius III.

Cum Ecclesia Dei secundum (b) evangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum: ne sæculares iudices causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pena agitur, in Ecclesia, vel cæmeteriis agitare præsumant, sub anathematis interminatione prohibemus: absurdum enim est, & crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi constituta est [c] tutela refugii.

N O T A.

1. (a) [Lucius III.] Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 2. nullibi tamen exprimitur causa hujus constitutionis: in ea agitur de iudicio tantum criminali intra Ecclesiam non disceptando, quia de iudicio civili jam idem cautum fuerat in cap. 1. hoc. tit. ubi notavi, verbo Placium.

2. (b) [Evangelicam veritatem.] Quæ veritas per Prophetas præcognita fuit, dicente Domino per Esaiam c. 56. Domus mea domus orationis vocabitur. Hieremiæ cap. 7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista? Per Davidem psalm. 68. Zelus domus tue comedit me. Quorum quidem locorum veritas evangelica clare meminit in egregio illo, & mirabili factio Christi Domini, cum egressus, & vendentes de templo eiecit; quod referunt omnes Evangelistæ. D. Matth. cap. 21. Marcus cap. 11. Lucas cap. 19. Johannes cap. 2.

(c) [Tutela refugii.] Cap. inter alia, ubi dicitur hoc titul.

C O M M E N T A R I U M.

3. **C**onclusio traditur, & probatur. EX hoc textu, & ex secunda parte textus in cap. 1. hoc tit. talis deducitur assertio: Iudices sæculares causas, præcipue ubi pena sanguinis, vel corporalis imponenda est, disceptare non debent in Ecclesia. Probant eam textus in cap. docet, in fine, hoc titul. in 6. Gregorius VII. in Synodo Romana anni incerti, can. 12. ibi: Nullus iudex laicus, vel vicarius in Ecclesia, vel cæmeterio aliquam potestatem exerceat, vel aliquem distringat, aut capiat, aut furrum ibi requirat. Arelat. sub Carolo can. 22. Ut placita publica, & secularia, nec in atrius basilicarum; nec in ipsis basilicis fiant, dicente Domino: Domus mea domus orationis vocabitur. Turon. sub Carolo can. 39. Placita quidem secularia in Ecclesia, vel in atrius Ecclesiarum

à Comitibus, vicariisque usque modo multis in locis habita, ne ultra fiant interdendum est cum auctoritate Domini, qui expulsus de templo negotiatoribus, asseruit domum Dei debere esse domum orationis. Mogunt. can. 40. ibi: Precipimus, ut in Ecclesia, aut domibus Ecclesiarum, vel atrius placita secularia minime fiant. Synodus apud Sanctum Medardum can. 6. Ut in locis sacris, diebus Dominicis, vel aliis solemnitatibus iudicia publica non exerceantur. Palentinum anno 1322. can. 17. Colon. 3. p. 3. cap. 24. 25. & 26. Ravennat. 2. sub Clemente V. rubr. 12. ibi: Nec in Ecclesia iudicialia tractentur, nec temporalia. Trid. sess. 22. tract. de sacrif. Missæ. in decret. de observand. & evitand. Palentin. in titulo de immunit. Eccles. ibi: Contra sæculares iudices, qui causas in Ecclesia audiunt. Mediolan. 2. tit. 2. dubit. 23. Aquileiense 1. titul. de Ecclesia. & pio in eis versandi modo, §. deambulationes. Theodulf. ad presby. Aurel. cap. 10. ibi: Non debere ad Ecclesiam ob aliam causam convenire, nisi ad laudem Domini, & ejus servitium faciendum: disceptationes vero, & tumultus, & vaniloquia, & cetera omnes actiones ab eodem sancto loco penitus prohibenda sunt. Illustrant Boëtius Epon. in præfenti, Anton. August. lib. 3. tit. 16. Suarez tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 4. Azevedo lib. 1. Curia Pis. cap. 5. Barboia de offic. Parochi cap. 13. Cironius ad tit. de foro compet. Chopinus de jurisd. Andegavi, cap. 45. num. 7. Thom. Delbene de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 2. dubit. 2. sect. 2. Hevia in Curia Philip. 1. part. §. 5. in fine.

4. Sed hæc assertio difficilis redditur sequenti consideratione; nam majori sinceritate, religio- Impugnatur neque iudicia cuncta peragerentur in Ecclesia, quam in loco prophano, tanquam in ipsius Dei præsentia, quilibet ubique sit præfens, in Ecclesiis tamen peculiariter, atque certius nobis exhibet suæ præsentia testimonium: qualis quidem præsentia divinæ cogitatio iudici cuilibet apprime est necessaria pro sententiis religiosissime

mè ferendis: quare Justinianus in *l. rem non novam*, §. 1. de *judiciis*, voluit Judicem in causis cognoscendis, & in sententis ferendis habere semper propositas, & permanentes ante se sacras Scripturas. Et apud Romanos usitatum olim fuit templis uti pro curia, ad negotia tractanda, ad causas, & lites definiendas. Titus Livius *lib. 3.* loquens de Annibale, & Capuanis ibi: *Egressus curia in templum Magistratus contendit, comprehenditque Decium Magium, atque ante pedes despiratum, causam dicere iussit.* Thucydides *lib. 1.* ibi: *Ararium eis erat Delus, & conventus in eo templo fiebant.* Suetonius *cap. 7.* Vespasianum inducit Imperatorem post peractum sacrificium sedentem pro tribunali in templo Serapidis. Etiam apud eos Senatus habebatur in loco sacro, & non prophano. Gellius *lib. 14. noctium*, *cap. 7.* Alex. ab Alex. *lib. 4. dier. genial. cap. 12.* quod & Servius docuit exponens illud Virgilii 7. *e. Æneid.*

Tellum augustum ingens centum sublime columnis.

Et nisi (inquit) in loco angusto Senatus consilium haberi non poterat. Unde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret Senatus, ubi erant Virgines, veluti in templo Jovis Statoris, in æde Concordiæ, in æde Telluris. Appianus *lib. 2. belli civilis*, ibi: *Ex eo die, quo in æde Telluris convocati sumus, in æde Bellone.* Livius *lib. 49.* ibi: *Manlius Proconsul ex Hispania redierat, cui postulanti à Senatu in æde Bellone triumphum, rerum gestarum magnitudo imperabilem faciebat.* Probat Marcel. Donatus in *elucid. ad Suetonium*, *cap. 34.* Lopez ad *lib. 3. Valer. Maximi*, *cap. 3.* Greg. Lopez in *Monarch. Hispana*, *cap. 7.* P. Greg. *lib. 27. syntag. cap. 27. num. 16.* Rosinus *lib. 1. antiq. cap. 14.* Pancirola *lib. 2. var. c. 8.* P. Herodius *lib. 2. ver. judic. tit. 8. c. 1.* Borellus de *præstant. Reg. Cath. c. 60. n. 12.* Stephanus Garonis de *Senator. lib. 1. tit. 4. c. 12.* notavi *lib. 1. Concil. Illiber. cap. 9.* Accedit, nam absurdè iudices sacris se immiscerent, cum prope divinà sint iudicium munia. Justinianus *Apolog. 2.* Unde & Jureconsulti dicuntur Justitiæ sacerdotes in *l. 1. ff. de justitia & iure*, Corippus Africanus *lib. 1. de laudibus Justin. minor.* ibi:

Questor Anastasius sancti pars magis Senatoris,

Compositor morum, juris, legumque sacerdos. Dum enim præstabant ad iudicandum, aliquam sibi sacerdotii sortem atsumebant. Eleganter Cassiodorus *lib. 1. epist. 12. ad Eugenium officiorum Magistrum*, ibi: *Esto innocentia templum, temperantia sacrarium, ara justitiæ, absit à iudicariis mentibus aliquid prophanum: Pio Principi sub aliquo sacerdotio serviat. Quamvis aliam hujus nomenclaturæ rationem à pandendis mysteriis eruditè assignet, & probet D. Josephus de *Rebus lib. 8. opuscul. cap. 1.* Et Salomonem Regem in ipso templo locum construxisse ad iudicandum, refertur *lib. 1. Paralip. cap. 7.* ibi: *Edificavit quoque porticum solis, in quo tribunale est, & domuncula, in qua sedebatur ad iudicandum, erat in medio porticu.* Refertur *lib. 3. Regum, cap. 7.* Igitur non rectè in præsentem statuitur, iudices procul ab Ecclesiis debere jus dicere, nec intra Ecclesias, aut earum cœmeteria posse de causis civilibus, seu criminalibus agnoscere.*

Quà dubitandi ratione non obstante vera est præfens decisio, cujus ratio provenit ex venera-

tionem Ecclesiis debita, & ab excessibus, qui in foro, & iudicio illi contrarii passim occurrunt, debita magna enim templorum veneratio semper fuit, non solum apud Catholicos, verum & apud Gentiles, apud quos observatum legimus, ut in templis, aut eorum januis nec loqui fas esset. Cœlius Rhodigin. *lib. 15. antiquit. cap. 23.* & satis apparet ex illis verbis D. Chryostomi: *Ali non videtis, quos homines templi huius vestibula osculantur! hi quidem pronis caputibus abeunt, alii verò manu contingentes, tum eandem ad invicem ori: quasi indignos se crederent, quis sacris vestibula oscula figerent.* Et alibi: *Stemus tremantes, & timidi, demissis oculis, erecta vero anima gementes, sine voce subilemus corde.* Facit Seneca *lib. 7. natural. quest. cap. 30.* ibi: *Si in tantum templa compositi, si ad sacrificium accessum tantum submittib; rogam obducimus, & in omne argumentum modestia fingimur.* Et de monachis Ægyptiis Cassianus narrat *lib. 2. instit. cap. 2.* quod etiam convenissent numero longe maximo, tamen eam silentii servasse legem, ut præter illum, qui psalmum decantabat, nemo audiretur, immò nullus omnino adesse putaret. Et D. Ambrosius beatam Marcellam fororem *lib. 3. de virgin. ita instruit: Tu in ministerio Dei gemis, creatus, tussis, risus abstine.* Alia dedit in *cap. dolentia, de celebr. Missar.* Si ergo adeo reverentia commendatur in Ecclesia, ut omnino silentium servandum sit, rectè in præsentem prohibetur iudicia in Ecclesiis, seu earum cœmeteriis agitare, litæque discipulare. Accedit etiam, nam ex litibus plerumque perjuria, & similia peccata sequuntur, unde iudicium ita describit D. Cyprianus ad Donatum: *Quæ detestari invidemus, inter leges ipsas delinquitur, inter jura peccatur; innocentia nec illic, ubi defenditur, reservatur; sicut in vicem discordantium rabies, & inter togas pace rupta, forum litibus mugit insanum; flagrant ubique delicta, & passim multiformi genere peccandi, per improbas mentes operatur.* Rectè ergo in præsentem prohibetur intra Ecclesiis iudicia exerceri, in quibus tot peccata admitti solent. Quod in iudiciis criminalibus majori cum ratione procedit, quia absurdum est, ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta, capite delinquentis *1. quest. 4.* quare sententiam à iudice seculari prolatam in quacunque causa civili, seu criminali, intra Ecclesiam, nullam esse docetur in *cap. decet, hoc tit. in 6.* Hoc autem procedit in actibus piis voluntaria jurisdictionis, unde rectè in Ecclesia servus manumittitur, *l. 1. C. de his qui in Ecclesia manumittunt, can. 64. & 82. Codicis Eccles. Afric.* Ut enim olim in templo Peronæ Deæ servi manumittebantur, ita postea ex Constantini constitutione in Ecclesia cum liberata civitate Romanam consequuti sunt, ut de ipso Imperatore agentes referunt Sozomenus *lib. 1. histor. Eccles. cap. 9.* Cassiodorus *lib. 1. histor. tripart. cap. 9.* ibi: *Circa donationem melioris libertatis, quam civitatem Romanam vacans, tres posuit leges, decernens omnes in Ecclesia manumissos sub testimonio sacerdotum civitate Romana frui: Nicephorus lib. 7. hist. cap. 16.* Illustrant Fornerius *lib. 1. select. cap. 4.* Justel. ad *can. 64. Eccles. Afric.* & nonnulla adduxi in *cap. 1. de servis non ordin. Samuel Petrus ad jus Anticum lib. 3. tit. 2. fol. 235.*

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, debita nam licet Romani in templis coirent Senatus habenda.

habendi gratia; ut defendit Marcel. Donatus ubi supra; tamen in eodem foro, ubi res venales exponebantur, jus dicebant, *l. inter 83. §. sacram, ff. de V. O.* donec propter populi tumultum, plebisque concursum basilicæ constructæ sunt; in quibus Tribuni plebis jus dicebant, teste Plutarcho in *Caesare minore*, ubi dum agit de Portia basilica, quam Cato major dedicavit; ait: *In ea Tribuni plebis audentiam dare solebant.* Et Prætores, Præsidisque jus dicere solere in suis prætoribus; probavi supra in *cap. 1.* & licet apud eos in basilicis, & templis Senatus haberetur, non ideo in nostris Ecclesiis omnipotenti Deo dicatis idem observandum est; cum eis ob præsentiam realem Christi Domini in sacro Eucharistia sacramento major veneratio debeat.

7. Sed supra traditæ assertioni opponi potest decretum Julii Papæ in illis verbis: *Nullus in publico causam agat, nisi in Ecclesia.* Quod specialiter ab ipso Pontifice statutum fuisse refert Damafus in eius vita: igitur causæ etiam sæculares non in foro publico, sed in Ecclesia sunt discipandæ. Cui difficultati facile responderi posset; admittæ sententiæ eorum, qui dixerunt; Episcopum; & iudices Ecclesiasticos posse in Ecclesiis causas decidere, & terminare; *ex cap. præceptum 2. quasi 2. cap. quæ fronte, de appellat.* immo olim Ecclesiam forum non habuisse; quare docent; quod illis primis Ecclesiæ temporibus Episcopi in Ecclesiis tribunalia erecta habebant: sed quia contrarium verius est, videlicet Ecclesiam forum olim habuisse; & extra Ecclesiam Episcopos jus dixisse; licet frequentius lites in Ecclesiis deciderentur, cum omnes ferè controversiæ jurjurando inirentur super altare ad Martyrum reliquias, Gregorius Turon. *lib. 5. cap. 32.* ibi: *Tunc in toto placito ad basilicam martyris sancti conveniunt; elevatisque super altare manibus juravit filium non esse culpabilem.* Et ita extra Ecclesiam episcopum forum habuisse, probantur Cironius *lib. 2. obs. cap. 4. Pileas in cap. 1. §. 17. de offic. Ordin.* Respondendum ergo est; dicta verba Julii Papæ non esse in sensu literaliter accipiendâ, ita ut causas nullus in publico agat; immo in Ecclesia; sed potius accipiendâ Ecclesiam pro foro ecclesiasticis; & tunc rectè itatuit Julius, ut nullus clericus in publico; idest in iudicio sæculari, causam agat; sed in Ecclesia; idest coram Episcopo in foro Ecclesiæ: Quò modo accipiendum etiam est decretum Sylvestri his verbis conceptum: *Idem constituit; ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret; nec ante iudicem cinctum causam diceret; nisi in Ecclesia; idest in foro Ecclesiæ.*

8. Secundo obstat textus in Concilio Tolet. 6. in ipso initio; in illis verbis: *Idque in Prætorio Toletano in Ecclesia sanctæ Leocadiæ virginis debitis sedibus collocatur.* In quibus dum refertur, Concilium illud celebratum fuisse in Ecclesia sanctæ Leocadiæ; supponitur in ea fuisse Prætorium Toletanum; & per consequens iudices sæculares prætorium suum in ipsa Ecclesia habuisse: Pro cuius difficultatis solutione sciendum est; Prætorium variè; & pro diversis locis accipi: aliquando pro parte villæ latius edificata; & patrisfamilias habitavit relicta; *l. plenum 12. ff. de usu & habit. ibi: Plenum autem usum debet habere; si & villa; & prætorio relicta est.* Et *l. 2. ff. de servit. rustic. præd. ibi: Rusticorum prætorium servitutes non nocere aliis tollere; & offi-*

cere prætorio vicini. Et *l. urbana 198. ff. de V. S.* ubi Gæcius Gentilis; & Forner, quo modo accipitur apud Martialem *libro 10. epig. 79.* ibi:

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quar-
tum.

Apud Suetonium in *Caligula, cap. 57.* ibi: *In extruccionibus villarum; & prætoriorum omniratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat; quam quod efficere posse negaretur.* Unde D. Hieronymus *lib. 2. adversus Joann. doliùm* verfatile Diogenis eleganter Prætorium dixit. Etiam Prætorium accipitur pro Imperatoris domo, hincque Præfecti Prætorio vocati, de quibus in *l. ultim. C. de offic. Rebl. Provinc.* ubi Imperator Anastasius; non Leo (ut in vulgatis) ita rescriptit: *Nulli iudicum; qui Provincias regunt; in curiis; in quibus sacra palatia; aut prætoria sunt; liceat us relictis prætoriorum sibi domos ad habitandum vel in prætoria vindicare.* Et *l. final. C. Theodos. de offic. iudic. milit.* In his ergo ædibus Prætores; seu Præsides; habitare; aut jus dicere solebant; ut probant Gothofredus in *dist. 1. ultim. Pancirola lib. 2. var. cap. 191.* Meursius in *glossar. verbo Prætorium;* & notavi in *cap. 1. hoc tit. De Prætorii significatione aptissime S. Eulogius in memoriali Sanctorum; lib. 1. pag. 17. circa principium;* ubi de constanti; & valido martyrum ardore: *Et ita interiri (inquit) contra hostem publicum apertum veritatem erigentes vexillum; ut pote ante fores Prætorii; & in ipso accessu palatii proferentes testimonium indicem perditionis; confusions; & ignominie.* Observant Cujacius *lib. 1. obs. cap. 28. Pancir. lib. 2. var. cap. 191.* De prætorio ita accepto exponendus est Tertul. ad *scapulam, cap. 3.* dum ait: *Claudius Hermenianus in Cappadocia; cum indignè ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse; Christianos crudeliter iraculasse; solusque in Prætorio suo vastatus peste; comesus verbis ebullisset.* His suppositis dicendum est; Prætorium in dicto Concilio Toletano 6. accipi pro arce regia; & domo Regum Gothorum; ut exposuit Ambrosius à Morales 2. p. *hist. Hispan. lib. 12. cap. 23.* ubi agens de hoc Concilio Toletano 6. ait: *Celebrosè en la Iglesia de sancta Leocadia; y parece era la del alcazar; por que se fennala en particular ser en el Prætorio de Toledo: y no ay que se pueda entender aqui por Prætorio; sino el alcazar; o casa real aquien los Godos gente guerrer a se puede creer llamaban assi; por el mismo nombre que los Romanos aquien ellos llamaban; nombraban en la guerra la tienda del general; y en paz usaban en alguna manera de este nombre; como en la sagrada historia evangelica; y en otras parte se vee: T parece que para differenciarla de otra Iglesia de esta santa se le annadio este titulo.* Idem firmat Mariana *lib. 6. hist. Hispan. latino sermone scripta; cap. 6.* de hoc Concilio agens; ibi: *Ad D. Leocadia templum Prætorio vicinum (nunc arce Regia conjunctum est; veteris elegantia & amplitudinis vestigia retinens) ante asem quintum idem Januarii salvis anno 637. conventus habitus est.* Demonstrant clare Patres per illa verba; in Prætorio Toletano; quasi discrimen statuentes inter Ecclesiam Prætoriensem; quæ arci contigua est; & Prætoriensem; quæ in suburbio sita reperitur; & est tertia sanctæ Leocadiæ; de qua in Concilio Tolet. 17. ita legitur: *Deum in Ecclesia gloriosa virginis; & confessoria Christi sanctæ Leocadiæ; quæ est in suburbio Toletano; ubi sanctum*

ejus corpus requiescit, plerique Hispaniarum, & Galliarum Pontificis convenissemus. Unde aliqui voluerunt celebratum fuisse dictum Concilium Tolet. 6. ut refert Mariana *dict. lib. 6 cap. 6. historiarum Hispano idiomate vulgata*, anno 1617. ibi: *Celebrosé el Concilio que fue sexto entre los de Toledo en sancta Leocadia Prætorienfe*; que algunos entienden fue la Iglesia de la sancta, que esta juncta al alcazar, llamado en latin Prætorio, y en su vejez

muestra rastros de su antiguo primor, y granda. Otros quieren, que la Iglesia de sancta Leocadia la Prætorienfe fue la que esta fuera de la ciudad, por que tambien las casas de campo se llaman Prætorios. Notavit eruditus D. Laurentius Ramirez in notis ad *chron. Luisprandi*, numero 102. Unde deducitur, Prætorium in dicto Concilio Tolet. 6. non accipi pro loco, ubi lites discipantur.

C A P U T VI.

Innocent. III. *Illustr. Regi (a) Conatia.*

INter alia, quæ nobis Regalis prudentia suis litteris intumavit, quid de illis fieri debeat, qui maleficia perpetrantes, confugiunt ad Ecclesias, ut pro reverentia sacri loci debitas pœnas valeant evitare, sollicitè requisivit. Nos igitur tuis quaestionibus respondentes, juxta sacrorum (b) canonum instituta, & traditiones legum civilium ita duximus in hujusmodi distinguendum, quod (c) confugiens ad Ecclesiam, non est (d) violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam: sed (e) rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent & membra, & vitam; super eo tamen quod iniquè fecit, et legitime puniendus: & hoc verum est nisi (f) publicus latro fuerit, vel nocturnus populator (g) agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas stratas obsidet, ob transgressionis insidias ab Ecclesia extrahi potest impunitate non præstita, secundum canonicas sanctiones. Si verò servus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus ejus clericis juramentum præstiterit, ad servitium domini sui (h) redire compellatur, etiam invitus, alioquin à domino poterit occupari. Tu ergo fili charissime, cum in regno tuo aliquid horum contigerit, juxta præmissam distinctionem sic procedere studeas, quod Ecclesiarum honor, & immunitas servetur illæsa, & malignandi facultas prave voluntatis hominibus auferatur.

N O T Æ.

1. (a) *Conatia.* Ita legitur in tertia collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* in sexta autem legitur, *Scotia*; & nescio quæ inscriptio verior sit, cum reperiantur temporibus Innocentii III. in Conatia, quæ est insula Hiberniæ, Rodericus Rex adeo factus elatus, ut Regem se Hiberniæ nominaret, ut refert Polydor. Vergil. *lib. 3. hist. Angel. fol. 216.* & Alexander Scotiæ Rex: sed retineo epigraphen *Conatia*, quia Anastas. Germon. *lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. num. 54.* testatur in Vaticano Codice legi *Conatia*.
2. (b) *Statuta canonum, & traditiones legum.* Ad quas, cum Ecclesia PP. de hac immunitate agunt, semper se referunt, *cap. sicut 36. 17. quest. 4. ibi: Ecclesiastici canones, & lex Romana constituerunt.* Concil. Aurel. 4. *can. 29.* Aurel. 5. *can. 23.* Matiscon. 2. *can. 9.* ibi: *Licet reverendissimi canonum, atque sacratissime leges, &c.* Inæqualiter tamen, ita ut in hac immunitatis materia non attendantur leges sæculares, nec juxta eas casus dubii decidentur; sed secundum sacros canones, quorum proprium est, cum agitur de re merè ecclesiastica, fines, & modum dicere huic immunitati. Covar. *lib. 2. var. c. 20. Quesada 99. jur. cap. 1. num. 4.* unde audiendus non est Imperator Justinianus in *authent. de mandat. Princip. §. nunc autem, collat. 17.* dum statuit, hac immunitate non gaudere adulteros, & virginum raptores, cum circa hos contrarium

sit definitum in *cap. de raptoribus 3. 36. quest. 1.* & licet moti auctoritate textus in *l. finak tit. 1. partit. 1.* raptoribus virginum immunitatem hanc de negent Menochius *lib. 2. de arbitr. casu 391.* Jul. Clarus *lib. 5. recept. sentent. §. raptus, num. 2.* Ant. Gomez in *l. 80. Tauri, num. 36.* D. Joan. Vela de *preis delict. cap. 29. Covar. lib. 2. var. cap. 20. num. 8.* tamen observandam esse Ecclesiæ dispositionem, de qua in *dict. cap. de raptor.* cum aliis resolvit Percya de *manu regia part. 2. cap. 56.* & consequenter cognitio hujus immunitatis semper spectat ad judicem ecclesiasticum, ut infra dicemus. Quare cautè procedant judices sæculares, qui existimant, cum causa immunitatis defertur ad Regias Cancellarias, pronunciari ita posse: *hæc fuerat in consuet. y proceder.* Quia hoc tantum admitti potest in casu notorio facti, videlicet cum aperte constat, regem ad Ecclesiam non confugisse, seu ex ea abducum non fuisse: & cautè tam in hoc casu, quam in aliis immunitatis, judices sæculares pronunciare debent, vulgò dando auto de legos. Nam talis pronuntiatio solum fieri potest, quando procedit iudex ecclesiasticus contra reum laicum; & in negotio prophano; secus verò deficiente aliquo ex his requisitis, ut docent Salgado de *proced. 1. p. cap. 1. num. 2.* & *cap. 2. num. 27.* & de *supplicat. 2. p. cap. 27. num. 59.* Vela *dissert. 10. num. 70.* Covar. *practic. cap. 25. num. 3.* Parexa de *instrum. edit. 1. tom. tit. 2. resol. 6. in specul. 2. n. 260.* Luna & Arellanus *lib. 2. singul. cap. 5. §. 1. n. 41.*

num. 48. nam in dubio juris ad iudicem Ecclesiasticum spectat cognitio, cuius sit iurisdictio, cap. si iudex. de sent. excom. lib. 6. Covar. supra, num. 1. Diana cum 26. Doctores laudatis p. 7. tract. 10. resol. 5. & p. 4. tract. 1. resol. 64. & p. 5. tract. 1. resol. 23. Parexa d. resol. 6. n. 259. Ciarnius cap. 264. n. 15. Valenzuela consil. 42. n. 14. Castro-palao tom 2. tract. 12. difficile. unic.

(c) *Confugiens ad Ecclesiam.* Beneficium huius immunitatis conceditur confugientibus ad Ecclesiam, ut ex iuribus proximè adducendis pro illustratione conclusionis liquiddò constat; unde ipsi appellantur confugiens in l. si qua per calumniam, C. de Episc. & Cler. l. preferum, C. de his qui ad Ecclesiam confug. in cuius paratilis notavit Cujacius. Quo fit ut eo privilegio non potiantur arrepti, & in Ecclesiis conducti, cum in illis confugii ratio nulla sit, ut probat perdoctus vir D. Ludovicus de Exca in supremo Aragoniæ Senatu Regens egregius, in special. & anteo synagmate de cadaver. puni. ubi eruditè probat, cadaver suspensum in patibulo in Ecclesia asportatum, ibique sepultum debere exhumari, & supplicio restitui, donec habità Magistratus licentià à patibulo deponatur. Similiter ea immunitate non gaudet, qui casu in Ecclesia reperitur, non animo fruendi eius immunitate, argumento legis 2. ff. de condit. & demons. ceteri noviter contrarium defendat Frances de comper. quest. 98. Nec ille, qui dum ad carcerem ducitur, per cœmeterium trahitur; nam cum non sit in libertate confugiendi; non gaudet hoc privilegio. Oldradus consil. 54. Archid. in dict. cap. sicut 17. quest. 4. Ignecus in l. 1. ad Syllan. col. 3. Covar. lib. 2. var. cap. 20. num. 5. Bobad. lib. 2. polit. cap. 14. num. 61. Gutierrez libro 3. practice. cap. 6. Cutel. lib. 1. quest. 30. per tot. Nec ille, qui non extrahitur, sed voluntariè Ecclesiam deserit; nam licet scripto non possit quis renunciare huic privilegio; factò tamen ipso voluntariè ex ea egrediendo potest renunciare.

(d) *Volenter.* Nec per dolum, & si ita abducatur, immunitate gaudet, ut post Gomezium, Farinacium, & Marium Italiam tenet Diana p. 1. tract. de immunitat. resol. 16. licet nonnullis perperam inductis legibus contrarium teneat Cutellus contra Dianam cap. 16. Unde qui blanditiis iudicis allectus, promissà securitate Ecclesiam deseruit, adhuc immunitate gaudet, ut cum pluribus resolvit Thom. Delbene tom. 2. de immunit. cap. 16. dub. 24. sect. 17. Barbosa lib. 2. juris Eccles. cap. 3. num. 54. Azevedo in l. 3. tit. 2. lib. 1. Recopil. lecus verò sitantium blanditiis motus egressus fuit, ut resolvunt Delbene, & Cutel. ubi supra: quia non debuit esse ita credulus, & facile Ecclesiam deserere, argumento legis 1. §. dolum 2. ff. de eo per quem factum. Sed contrarium meritò resolvit Marinus lib. 1. resol. cap. 178. Si verò agnoscens januam Ecclesiæ frangi egrediatur, & à ministris secularibus extra Ecclesiam capiatur, restituendus Ecclesiæ est, quia non eo animo Ecclesiam deseruit, quia nollet uti privilegio asyli, sed coactus, ut probat Marinus lib. 2. resol. cap. 197.

(e) *Sed Rectores Ecclesiarum.* Hæc verba de prompta sunt ex Concilio Magunt. can. 39. relato in cap. reum 9. 17. quest. 4. ibi: Sed Rectores Ecclesiarum, pacem, & vitam, ac membra ejus obtinere, studeant; tamen legitime componat quod iniurè fecerit. Quod etiam legitur lib. 5. Capitul. Caroli. cap. 90. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

ibi: Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit, in arriè ipsius Ecclesia pacem habeat. Ubi notandum est verbum pax, quod solenne fuit in implorando Numinis auxilio. Virgilius lib. 4. Æneid. ibi:

Principio delubra adennt, pacemq, per aras
Exquirunt.

Statius de ara Clementiæ Athen. lib. 2. Thebaid. ibi:

Huc victi bellis, patriaq, è sede fugati,
Regnorumq, inopes, scelerumq, errore nocentes
Conveniunt, pacemq, rogant.

Pax ergo in dicto cap. reum, generale nomen est securitatis, veniæque earum personarum, quæ postea exptimuntur, mortis videlicet, mutilationis, aut lationis membrorum, ut notavit D. Nicol. Antonius de exilio lib. 2. cap. 35. num. 12. qui in ipso capite, & antecedenti latè, & eruditè probat in exilium damnatum, & refugam, id est illud frangentem, & ad Ecclesiam confugientem, abduci ab ea posse, & in exilii sui locum reduci: & ante eum docuerunt Baldus in antient. cassa, C. de Episc. & Cleric. Decianus lib. 6. tract. crimin. c. 26. n. 8. Papon. lib. 1. tit. 1. arreso 16. Joannes à Cruce ad Guidonem decis. 121. Joannes Gallus in suis placitis, tit. de his qui ad sacras aedes confugiunt. D. Ludovicus de Exca d. tract. de cadaver. puni. pag. 11. quæ sententia ultra quam non adversatur alicui juris canonici, seu civilis testimonio, probatur ex eo, quia ideo hoc immunitatis privilegium Ecclesiis concessum est, ut rei ad eas confugiens immunes penarum corporalium redderentur, non verò, ut à ceteris poenis pecuniariis, seu corpus non affligentibus eximerentur, ut ex præfenti textu constat, & ex Concilio Rhemeni sub Hadriano I. ibi: Si quis fugivum ab Ecclesia absque sacramento, quod ei jurandum est, ut de vita, tormento, truncationeque securus exeat, qualicumque occasione abstraxerit, communione privetur. Claromont. sub Urbano II. anno 1095. Quod si quis pro securitate Ecclesiæ, vel Crucis aliquod crimen peregerit, & ad Ecclesiam, vel Crucem confugerit, acceptà securitate vita, & membrorum reddatur iustitia. Lege 16. tit. 4. lib. 6. fori judic. ubi Catholicus, & piensissimus Rex Chindasvindus ita sanxit: De homicida ad Ecclesiam confugiente, consulo tamen Sacerdote, ac readito sacramento, ne eundem sceleratum publicè mortis poenâ condemnet, Sacerdos cum sua intentione ab altari repellat, & extra chorum projiciat; & sic ille qui eum persequitur, comprehendat: cui ab Ecclesia ejecto non alias mortiferas inferat poenas, sed in potestate parentum. & eorum, cuius propinquus occisus fuerit, contradendus est, ut excepto mortis periculo, quicquid de eo facere voluerint, licentiâ habeant. Contentiunt PP. Concilii Tolet. 6. can. 12. Tolet. 12. can. 1. Gregorius Magnus in c. reos 6. 23. 9. §. ibi: Ut defendat eos Ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat. Ita immunitatem hanc Ecclesiarum acceperunt Oldradus consil. 154. Martha de iurisdic. p. 2. c. 51. n. 15. Remigius de immunit. Eccles. præsupposito 3. §. 11. Decianus lib. 2. tract. crimin. c. 28. n. 27. Gamma decis. 52. Gambacurta de immunit. Eccles. lib. 4. cap. 33. cum duob. sequent. Cutel. eod. tract. quest. 12. num. 2. 3. & 4. Quod & agnoscens Theodoricus Rex Gothorum de Jovinò quodam curiali, qui ob collegam in rixa occisum conficius facti sui intra Ecclesia septa refugerat, ita ait apud Cassiodorum libro 3. variat. cap. 27. ibi: Hunc Puleana insula perpetuâ relegatione damnamus, ut & sancto templo reverentiam

PPPP

tiam

riam habuisse videamur: nec vindictam criminis equat in totum, qui innocenti non credit esse parcendum. Idem de Stilicone Comite erga Creconium variorum delictorum reum iudicante refert Paulinus in vita S. Ambrosii, his verbis: Per idem tempus cum Consulatus sui tempore Imperator Honorius in urbe Mediolanensi Libycarum ferarum exhiberet munus, populo illic concurrente, data copia est missis militibus ab Stilicone Comite, hortatu Eusebii Praefecti, ut Cresconius de Ecclesia raperetur. Quem fugientem ab altare Domini sanctus Episcopus (Ambrosius) cum clericis, qui in tempore aderant, defendendum circumdedit. Sed multitudo militum, quae ducem suos habebat de perfidia Arrianorum, prevaluit adversus paucos, atque ablato Cresconio exultantes ad amphitheatrum reverterunt, Ecclesia lactum non modicum relinquens; nam Sacerdos prostratus ante altare Domini factum diu flevit. Sed in tempore cum revertissent, et renuntiassent his, a quibus fuerant destinati milites, dimissi leopardi saluti celeri ad eundem locum, in quo sederant, qui de Ecclesia triumphabant, ascendentes, graviter laniatos reliquerunt: quod ubi vidit tunc Stilico Comes poenitentia motus est, ita ut per multos dies satisfaceret Sacerdoti. Sed quia gravissimum criminum erat reus, et aliter emendari non poterat, ad exilium destinatur, non multo post indulgentiam consequens. Idemque Eutropio contigisse jam ad mortem damnato, qui ad Ecclesiam confugit, referunt et illustrent D. Nicolaus Antonius dist. lib. 2. de exil. cap. 34. D. Josephus de Retes libro 3. de interditiis, excursu 6. pag. 190. Recte ergo in presenti Innocentius juxta veterem hujus immunitatis praxim docet, Rectores, id est Magistratus saeculares, debere confugientibus ad Ecclesiam vitam, & membra conservare, alias vero poenas corporis non afflictivas imponere posse.

6. Exponitur cap. constitutum, 17. q. 4. cap. si vobis, 23. q. 8.

Nec supra traditis obstat textus in capite id constitutum 34. 17. quest. 4. in verbis illis: Sed ne alteris consignari, nisi ad Evangelia datis sacramentis, de morte, et debilitate, et omni poenarum genere sint securi: ita ut ei, cui reus fuerit criminis, de satisfactione conveniat. Quibus verbis moti Boetius Epon. in presenti, num. 16. Navarrus in manuali cap. 25. num. 19. Suarez de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 12. numer. 6. plures alii, quos refert, & sequitur Diana part. 1. tract. 1. resol. 1. & part. 6. tract. 1. resol. 21. existimarunt, confugientes ad Ecclesiam ab omni poenarum genere esse immunes: sed certe textus ille id non probat; nam accipiendus est de poenis corporalibus, seu corporis afflictivis, juxta alios canones supra relatos, praecipue textum in cap. de raptoribus 3. 16. quest. 1. docet, & probat D. Nicolaus Antonius dist. cap. 35. num. 16. Nec etiam obstat Concilium Sardiniae, relatum in capite si vobis 28. 23. quest. 8. in illis verbis: Sed quoniam saepe contingit, ut ad misericordiam Ecclesia confugiant, qui injuriam patiuntur, et qui peccantes in exilium, vel in insulas damnantur, aut certe quancunque sententiam suscipiunt; ideo subveniendum est his, et sine dubitatione eis est petenda per Ecclesiam indulgentia. Nam in eo textu non agitur de Ecclesiarum immunitate, sed de intercessione Episcoporum, aut aliorum ministrorum Ecclesiae. Pro reis enim damnatis, Episcopos, clericos, ac monachos olim apud Imperatores, Magi-

stratus, & caeteros iudices intercessisse, notum est: cujus moris vestigia extant apud D. Augustinum epistol. 54. S. Paulinum in vita D. Ambrosii, Carnotensem epistol. 127. in l. additio, C. Theod. de poenis, l. additio 57. eodem C. de appellat. l. officium, eodem C. quorum appellat. Illustrant Baronius tom. 5. anno 398. Forner. libro 6. ver. quotid. capite 7. Ut etiam apud Romanos solebant Virgines Vestales Imperatores, Magistratusque pro reis orare, ut constat ex Gellio lib. 10. nocturnum, cap. 15. Suetonio in Julio, cap. 1. probat Forner. dist. cap. 7. De ea ergo intercessione loquutum fuisse Othium in canonem Concilii Sardiniae, docuit D. Nicolaus Antonius libro 2. capite 34. num. 6. 21. & 22. & capite sequenti.

(f) Publici latro. Consonant capite 17. quest. 4. ibi: Publici latro. Gregorius XIV. in sua bulla, ibi: Si fuerint publici latrones. Et l. 4. tit. 11. part. 1. ibi: Latron manifestus. Et l. 3. tit. 2. lib. 1. Recopil. l. final. tit. 5. lib. 1. for. ibi: Robador conoico. Quis tamen dicatur publicus latro, ut hoc beneficio non gaudeat, apud DD. non constat, ut videre est apud Baldum, Salicetum, Capolam in authent. Sed novo jure, C. de servis fugit. Gomezus 3. var. cap. 10. num. 2. Covar. 2. var. cap. 9. num. 7. & cap. 20. num. 3. Decianum lib. 6. tract. crimin. cap. 28. Pegueram decif. 40. D. M. de Larreategui lib. 8. select. cap. 9. Ambrosin. de immunit. cap. 2. & 3. Corream in presenti, 3. p. ex num. 26. Dianam 6. part. tract. 1. resol. 15. Gambacurtam lib. 5. cap. 11. 12. & 13. de immunit. Aliqui docuerunt, publicum latronem eum dici, qui plura furta commisit, & consuevit lapsus in idem crimen incidere. Glossa verbo Castigabitur, in authent. sed novo jure, C. de servis fugit. Alii per tria furta publicum & famosum latronem dici voluerunt, pluribus relatis Farinac. de furtis quest. 166. num. 9. Covar. lib. 2. var. cap. 9. num. 7. Azvedo in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. num. 105. Alii docent publicos latrones eos haberi, qui in itineribus viatores aggrediuntur, non solum ut bona auferant, verum & sanguinem effundant: quas & alias sententias refert, & refellit Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recopil. gloss. 14. qui num. 17. resolvit, publicos latrones eos esse judicandos, qui frequenter per vim in stratis, & viis publicis furantur, juxta legem 4. tit. 11. part. 1. & legem 18. tit. 14. part. 7. Unde caeteri simplices latrones immunitatis hoc beneficio non privantur: & licet in Hispania consuetudine introductum esset, ut etiam simplices latrones hac immunitate non gauderent, ut testatur Covar. lib. 2. var. cap. 20. num. 13. Jul. Clarus lib. 5. sent. §. final. quest. 30. num. 14. Paz in praxi, 5. p. tom. 1. cap. 3. §. 3. num. 70. Flores de Mena in addit. ad Gammam, decif. 171. Martha de iurisdic. 2. part. cap. 51. num. 23. Ponte decif. 14. num. 6. Sanchez libro 6. consil. cap. 1. dub. 8. D. Martin. de Larreategui lib. 3. select. capite 9. num. 5. & in Regno Arragoniae eandem consuetudinem vigere refert Bardaxi in comment. ad forum, in rubric. de his qui ad Ecclesiam confugiunt: tamen hac consuetudine generaliter an in Hispania praescripta sit, merito dubitat Narbona dist. gloss. 14. numero 22. qui refert in Pinciano Senatu his pronunciatum fuisse, simplices latrones hac immunitate Ecclesiastica gaudere: & ita nisi legitime probata hac consue-

consuetudine, simplicem furem non esse extrahendum ab Ecclesia resolvit Gutierrez libro 1. *practic. cap. 1. num. 20.* Si ergo furtum iteratum probatur, & accedente fama iusta, quis oneratus reperitur crimine publici iustitiae, hac immunitate non gaudebit, ut probat Ambrosinus & Gambacurta ubi supra: et talis famosus, aut insignis latro dici nequeat, juxta textum in *l. capitulum 28. §. famosus, ff. de poenis, l. constitutiones 16. ff. de appellas.*

(g) *Agrorum quidem itinera.* Verba haec transcripsit Innocentius ex l. 1. C. quando liceat unicuique, l. 2. C. Theodos. ad leg. Cornel. de scar.

8. (h) *Redire compellitur.* Consonant textus in cap. metuentes 30. cap. uxor 31. cap. id constituimus 34. 17. quest. 4. l. 3. titul. ultim. lib. 9. fori judic. l. 15. tit. 20. lib. 3. fori Castrol. l. 3. titul. 11. part. 1. Concil. Epaun. can. 39. *Servus reatu atrocior culpabilis, qui ad Ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum suppliciis excusetur: de peccatis vero, vel quocumque opere placuit a Domino iuramenta non exigi.* Aurel. 4. can. 21. & 23. Aurel. 5. can. 23. De servis, qui pro qualibet causa ad Ecclesiam confugerint, si quid in antiquis constitutionibus tenetur scriptum, pro concessa culpa datus a Domino sacramentis, quisquis ille fuerit, egrediat, venia iam securus. Refert Antonius Augultinus lib. 13. epit. jur. titul. 17. l. si servus 4. C. de his qui ad Ecclesiam, cuius integra extat in l. superest 6. C. Theod. eod. titul. ex qua non solum supplicanda, verum & inscriptio emendanda est, ut ubi habetur, ad Imperium, legatur ad Heterum, ut notavit D. Nicolaus Anton. dict. lib. 2. de exilio, cap. 35. num. 4. & in ipso textu pro verbo dimittatur, reponit detineatur; & pro illis iracundia mentis, legendum est iracundamentis. Consonant etiam lex 6. §. 5. C. Justin. de his qui ad Ecclesiam, lex 3. C. Theod. eod. tit. quae est pars antiquae constitutionis Arcadii, quam ipse edidit suggerente viro impio Eutropio contra immunitatem Ecclesiae, & ad eam confugientes, ut ita facilius persequeretur consciis tyrannidis Rufini, praecipue Pentadiam clarissimam foeminam conjungem Timasii quondam Consulis, qui Rufino consenserat, ut referunt Socrates lib. 6. cap. 5. Sozomenus lib. 8. cap. 7. Baronius tom. 5. anno 398. S. Prosper p. 3. cap. 38. quae immanis constitutio cum eodem anno, quo damnatus fuit Eutropius, abrogata esset, ideo decurtata fuit in ipso Codice Theodos. ut notavit D. Joseph. de Retes lib. 3. de interdicit. excursu 6. pag. 189. Nec impietatem ullam continet haec tam legalis, quam canonica disciplina restituendi servos ad Ecclesiam confugientes Domini in pristinam servitutem; siquidem haec immunitas inducta est, ut ad Ecclesiam confugientes poenis corporalibus, seu corporis afflictivis non afficiantur; non tamen ob simile asyli beneficium confugiens liberatur a servitute, seu obligatione reali, qua tenebatur obstrictus. Synodus Aurel. 1. can. 4. & 5. notavit Bignonius ad veteres form. cap. 22. Unde juramento praestito servus Domino restituitur, nisi ejus savitia timeatur, quia tunc cogitur bonis conditionibus servum vendere, l. 2. ff. de his qui sunt sui: docent Remigius Goni de immunit. Eccles. fallent. 27. num. 6. Ambrosius eod. tract. cap. 13. num. 2. Correa in praesenti, 3. part. ex num. 6. Boerius Epon. ad hunc textum, num. 50. Giurba decis. 300. crimin. n. 1. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

Unde ex hac eadem ratione provenit, homines curiae obnoxios, adscriptitios, & similes, de quibus egit supra, in cap. indicatum, confugientes ad Ecclesiam causam mutandi suam conditionem, & sui furtum committentes, ab Ecclesia extrahi, ne curia, agricultura, aut valtagae fraus fiat, l. 3. C. Theodos. de his qui ad Ecclesiam confug. quam refert Baronius anno 398. l. praesentis 6. §. haec quidem, & §. sane, eod. titul. in Justin. l. si quis cum aliis 12. C. de Episcop. & cleric. l. 56. & 104. C. Theodos. de Decur. novella 123. cap. 1. Similiter remiges ad triremes damnati, & carcere, seu ab ipsis trireribus, vel dum ad eas transportantur, confugientes ad Ecclesiam, extrahendi sunt, nec hac immunitate gaudent, l. 9. tit. 24. lib. 8. Recopil. & exemplo servorum ad suum ministerium servile reducendi erunt: quamvis enim ad servilem statum ex ea damnatione non perveniant, post authenticum sed hodie, C. de donat. inter. ubi abrogatur regula Gaji relata in l. qui ultimo 29. ff. de poenis; damnati tamen sunt ad serviendum personaliter: quare quodammodo videntur servi, ut docent Villadiego in polit. cap. 3. numer. 25. Lara in l. si quis a liberis, §. sed utrum, num. 26. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 14. num. 73. Hevia in Cur. Philip. part. 3. §. 12. num. 49. Gamma decis. 359. Sarpo de jure asylorum cap. 5. Antonius de Marinis quotid. controu. lib. 1. resol. cap. 177. Boerius decis. 109. quem in contrariam sententiam frustra vocat Bobadilla dict. cap. 14. num. 53. Percyra de mane regia, 2. part. cap. 50. num. 17. Martha de iurisdic. 2. part. cap. 51. num. 17. Cotel. de immunit. quest. 40. per tot. Cabedo in arrest. Lusit. ad finem 2. tom. decis. Guazinus in defens. reor. lib. 2. capite 37. Megala in 3. part. D. Thoma, cap. 2. quest. 2. sect. 33. fuse & doctè D. Josephus de Retes in jur. alleg. pro praxi dicta legis 9. Adhuc tamen ad triremes damnatos gaudere immunitate, saepe saepius pronunciatum vidi in Pinciana Cancel. & docuerunt Giurba consil. 30. num. 12. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 31. dub. 5. Tancredo de relig. lib. 4. disp. 8. a num. 75. pag. 174. Correa in praesenti, part. 2. questione 4. num. 9. Delbene de immunit. tom. 2. cap. 16. dub. 10. sect. 9. Lezana tom. 3. in summa, verbo Immunitas, num. 16. Novar. in summa bullar. tit. de immunit. Eccles. num. 27. Trullench. in Decalogum lib. 1. cap. 11. dub. 3. numer. 29. Diana tom. 3. tract. 1. resol. 37. & tom. 4. tract. 1. resol. 47. & tom. 6. tract. 1. resol. 22. Frances de compet. quest. 79. numer. 28. Xamar, 2. part. rer. judic. defin. 129. Idem statuendum videtur de militibus deserentibus militiam, ut resolyunt Baeza de inop. debit. cap. 16. numer. 99. & 100. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 14. num. 74. Hevia Bolan. in Curia Philip. 3. part. §. 12. num. 46. sui enim ipsius miles quodammodo furtum facit, l. praesenti, §. sane, C. de his qui ad Ecclesiam, Maschardus Freher. de infam. lib. 3. capite 15. num. 8.

COMMENTARIUM.

EX hac celebri Innocentii Decretali sequens deducitur communiter assertio: *Reus criminis etiam immanis ad Ecclesiam confugiens, non conclusio, debet ab ea extrahi, nec ex eo condemnari ad mortem.* Probat eam textus in capite eos 6. 87. distinct. ubi ex Concilio Arausie, can. 5. legitur

Pppp 2

gitur

gitor: Eos, qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportere, sed loci sancti reverentia, & intercessionem defendi. Et capite nullus, capite reum, capite id constitutum 17. quest. 4. capite 1. 25. quest. 2. capite de raptoribus 3. 36. quest. 1. cap. 1. hoc titul. in 6. Urbanus II. in Synodo Claromont. cap. 29. & 30. Si quis ad aliquam crucem in via persequenibus inimicis confugerit, sit liber, ac si in ipsa Ecclesia permaneat: quod si quis pro securitate Ecclesie, vel predicta crucis aliquod crimen peregerit, & ad Ecclesiam, vel ad crucem confugerit, accepta securitate vita, & membrorum reddatur justitia. Innocentius II. in Synodo Romana, can. 12. Præcipimus, ut in eos, qui ad Ecclesiam, vel cœmeterium confugerint, nullus omnino manum mittere audeat: quod si fecerit, excommunicetur. Eugenius III. in Synodo Rhemensis, can. 14. ibi: Sancimus, ut in eos, qui ad Ecclesiam, vel cœmeterium confugerint, nullus manum mittere audeat; quod si fecerit, anathema sit: Nicolaus ad Consult. Bulgar. cap. 95. Si quisquam ad Ecclesiam confugerit, non illum, nisi sua voluerit sponte, ab ea dicimus educendum. Denique, si quondam latrones, & diversorum criminum rei ad asylum templi Romuli fugientes indemnitatem consequerentur, quanto potius ii qui ad templum Christi confugiunt, sunt delictorum remissionem suorum adepti: Debent etiam sibi à suspecto juramento præstito omni pristina securitati restitui. Concil. Aurel. 4. can. 21. Si quis necessitatis impulsu ad Ecclesiam septa confugerit, & Sacerdote, vel Præposito Ecclesie prætermisso, atque contempto, eum quisque de locis sacris, vel altaribus, seu vi, seu dolo abstrahere, aut sollicitare fortè præsumpserit, ut inimicus Ecclesie ab ejus liminibus arceatur, quousque juxta Pontificis distinctionem digna pro indicta penitentia emendatio subsequatur; eo tamen, qui abstractus est, prius Ecclesie restituito. Concil. Matifcon. 2. can. 8. 9. & 10. Tolet. II. can. 12. Tolet. 12. can. 10. Illerdense can. 10. Aurel. 4. can. 21. Coyacense in diocesi Ovetensi habitum anno 1050. temporibus Ferdinandi I. Regis Castellæ. Præcipimus, ut si quilibet homo pro qualicumque culpa ad Ecclesiam confugerit, non sit ausus aliquis eum inde violenter abstrahere, nec persequi infra dexteros Ecclesie, qui sunt triginta passus: sed sublato mortis periculo, & corporis deturpatione, facias quod lex Gothica jubet: qui aliter fecerit, anathema sit, & solvat Episcopo mille solidos purissimi argenti. Bletinum anno 1322. can. 18. D. Ambrosius in orat. que ponitur lib. 5. epistol. post epistol. 32. Trident. sess. 25. de reform. cap. 20. D. Augustinus serm. 5. de dedicat. Ecclesie. ibi: Si reverentiam matris Ecclesie agnoscerimus, sciendum est, quod cuiuslibet criminis reum à sacris liminibus abstrahendo, grandis injuria religionis, ac divinitatis offensa est, qualemcumque fugientem ad domum Dei, id est de sinu matris eveltere, & arcam communis expugnare profugium. Et infra: Sed forte aliquis dicit: Locus sanctus criminoso patere non debet. Non ita est, hac enim intractabilis animi argumenta non recipit Christus, qui pro impiis mortuus, confugientibus ad se claudiditum misericordie non perimit: qui latroni fidem conscienti paradisi claustra patefecit, reum à sacris adytis non vult excludi. Ina Rex Occidiorum Saxonum in legibus Ecclesiasticis, quæ habentur tom. 17. Concilior. regia editionis, l. 4. Si quis rei capitalis reus ad templum confugerit, vitam positur, & secundum jus, sive compenator. Si quis

verbera promeritus sani suffragium imploravit, & verbera remittantur. Alia juris testimonia congesta ferunt Crespetius in summa, verbo Ecclesiam immunitas, Antonius Augusti, in epist. jur. lib. 13. tit. 17. Consonant de jure civili Roman. lex 2. ferè per tot. C. de his qui ad Ecclesiam, lex placet, C. de sacros. Ecclesie. Ex jure Longob. lex 2. tit. 25. lib. 1. & lib. 2. tit. 39. Ex legibus Franc. lib. 2. Capitul. tit. 5. 90. & 122. De jure nostro Hispano lex 3. titul. 2. lib. 1. Recopil. lex 4. tit. 11. partit. 1. lex 7. & 8. titul. 5. libro 1. fori Castell. lex 16. & 18. tit. 5. lib. 6. legum Wisigoth. Illustrant ultra congestos in præsentia à Barbosa, & de jure Ecclesie libro 2. cap. 3. Basilicus decisi. crimin. Marin. alleg. 78. cum sequente. Serarius in cap. 20. Josua. quest. 10. P. Herodius lib. 1. Pandect. tit. 9. §. 1. Baronius anno 8. num. 145. Ricardus lib. 1. var. capite 6. Guazinus in defension. reor. defens. 1. cap. 29. cum sequente. Salmus ad Pancirol. 1. p. titul. 32. Simanc. lib. 8. de reprob. cap. 40. Anast. Germon. lib. 1. de sac. immunit. cap. 15. & lib. 3. cap. 16. Cironius ad tit. de rapt. I. Gothofr. ad tit. C. Theodos. de his qui ad Ecclesie. confug. Beoldus in delib. jur. ad lib. 1. Pandect. fol. 53. Christincus tom. 1. decis. 55. & 56. Boëtius Epon. & Correa in repetit. ad hunc textum, Remigius de Goni, & Ambrosius in pecul. tractatib. de hac immunit. Montalvus in d. l. 8. fori, Balduinus, & Cujacius ad novel. 17. Justin. Corralius lib. 5. miscel. cap. 23. Carrasco ad ll. Recopil. cap. 3. D. Nicolaus Antonius de exil. libro 2. capite 34. & 35. Petrus Gregorius lib. 1. partit. titul. 4. cap. 3. & de reprob. lib. 13. cap. 22. & 23. Avendanno de men. lib. 2. cap. 30. num. 18. Thom. Bonnus de immunit. Ecclesie tom. 2. cap. 16. dubit. 2. Scortia in select. epist. 29. theorem. 58. & epist. 152. theorem. 385. Corjolanus in not. ad Concil. Arausic. 1. can. 4. P. Grethferus de immunit. Ecclesie lib. 2. per tot. Hunnius in encyclop. part. 4. titul. 1. cap. 5. Luna, & Arelanus lib. unio. singul. capite 5. §. 4. cum sequente. Vasconcel. lib. 2. respons. cap. 9. Gibalinus de censur. in synopsi, verbo Immunitas, Mancius de triplici juris collat. cap. 77. Pereyra plures referens de manu regia tom. 2. cap. 50. P. Salcedo ad D. Thomam de regim. Princip. lib. 2. cap. 16. dissert. 31. Cutellus contra Dianam lib. 1. quest. 2. Kochier in face histori. centur. 1. cap. 79. Villadiego in legibus fori, in l. 1. titul. 3. lib. 9. Gabriel de Bellis de jure sacro cap. 4. cum sequente. Clapmarius de jurisdic. Imper. libro 4. capite 6. Naten. in justitia vulner. fol. 107. Germonius libro 2. de sacror. immunit. cap. 16. Gatellianus Corta in memorab. verbo Asylum: Suarez de relig. tom. 1. libro 3. cap. 8. Vighel. in method. juris can. fol. 233. Acunna in dict. capite 107. distinct. Lindembrog. in glossar. legum antiq. verbo Ecclesia, Alemannus in not. ad Procopium. pag. 15. linea 8. Grethferus ad Codinum lib. 1. comment. 3. Cohel. in not. Cardin. cap. 25. congreg. 4. Altesler. ra hic.

Sed hæc assertio ita illustrata difficilis redditur sequenti juris consideratione; nam Ecclesia Traditio mater, cultrixque justitiæ est, cap. 1. de alienat. reus de heredit. feudor. §. sed & diversum, nec ullam societatem admittit cum iniquitate. D. Augustinus in cap. ecce 23. quest. 4. ibi: Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, à quibus exire & recedere jubemur, ne tangamus? D. Ambrosius in cap. jurista 33. 23. quest. 4. & idem Sanctus ait in cap. jurista

trundo 23. quest. 3. Patriam tueri à Barbaris, & latronibus summa iustitia est, nec quicquam majus est, quod Deo in sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hi qui in suam, & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant rigore compesci. Idem docetur in cap. qualiter 44. 23. quest. 5. & Imperator Theodosius dum statuit, ut etiam tempore quadragesimæ latrones supplicio afficiantur, eam rationem assignat: Cum in hoc facillimè summi Numinis speretur venia, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur. Et Seneca in Hercule Furente ajebar, quod nulla pinguior victima Deo mactari potest, quam reus iniquus. Faciunt D. Gregor. in cap. se quos 47. 23. quest. 4. P. Damianus opuscul. 57. de Principis offic. plura congesseunt Bobadilla libro 2. polse. cap. 2. num. 55. & cap. 13. num. 38. Arellanus lib. singul. lect. cap. 5. §. 4. Arniseus de juribus Majest. cap. 3. num. 201. Igitur non debet Ecclesia reos præcipuè immanium delictorum ad se confugièntes fovere, ac defendere, sed potiùs iudicibus secularibus tradere, ut debitis subdantur pœnis. Accedit, quia publicè interest ob communem salutem, ut delicta puniantur, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. l. locatio 9. §. quod illicitè, ff. de publican. l. Stichum 95. §. 1. ff. de solut. l. si operis 14. C. de pœnis, l. per omnes 6. C. de defensor. civit. l. si à reo 70. §. final. ff. de fidejuss. nam si noxii pœnam non timèrent, innocentes semper pertimescerent. D. Ambrosius in Psalm. 118. ideo obrueretur innocentia, inquit Cassiodorus lib. 4. var. epist. 35. si relaxaretur audacia: ea propter idem Cassiodorus ait lib. 2. epist. 14. Pietatis genus est in illos distinguere, qui se sceleratis docentur actionibus miscuisse. Idem in Psalmum 36. Bene, atque cautè vivendi disciplina est; iniquitas quippe mortalium more putredinis sine sine vagaretur, si eam medicinalis increpatio minime descicaret. Crescit enim multitudo peccantium, ubi venia spes datur, & facile vitur ad culpas, ubi est facilis ignoscèntiam gratia, ut ait Arnobius advers. Gentes lib. 7. Prosequuntur Fornarius lib. 1. sect. cap. 10. ejus filius Radulf. Fornar. lib. 6. ver. quotid. cap. 17. D. Joan. Solorzanus embl. 70. Naten. in iustitia vulner. cap. 5. Ergo rei confugièntes ad Ecclesiam non sunt ab ea defendendi contra publicam utilitatem, & populi salutem. Accedit etiam, nam si immunitas pœnæ confugièntibus ad Ecclesiam concedatur, augebuntur delicta facilitate impunitatis confugiendo ad Ecclesiam, præcipuè cum hodie tot templa reperiantur constructa in civitatibus, & villis: quare ob eam rationem Tiberium sustulisse jus asylo- rum, narrat Tacitus lib. 3. annal. in his verbis: Crebrescebat Græcas per urbes licentia, atque impunitas, asyla statuendo: complebantur templa pestimis, & sevisis, nec ullum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi, flagitia hominum ne ceremonias Deorum protegentis. Accedit tandem, nam asyla inventa fuerunt, & in eis securitas dabatur illis, qui non tam scelere noxii, quam humana imbecillitate lapsi veniam, & miserationem potiùs quam pœnam merebantur, & ut ait Justinianus in novella 17. cap. 7. non injurià afficièntibus, sed injurià affectis, ut legit Harmenopulus lib. 2. prompuaris, tit. 9. & exemplis illustrat Grotius lib. 2. de jure belli, cap. 21. n. 5. Igitur illis miseratione dignis, D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars II.

non verò facinorosis jus asyli in Ecclesia concedi debet, ut eleganter diserit Philo Judæus lib. de specialibus legibus, his verbis: Homicida censendi sunt, non solum qui interimunt, sed etiam qui quicquam conantur clamque, palamque ut interficiant, etiamsi non perpetraverint facinus: quod sibi metu, vel audaciâ vitis contrarius irruere tentaverint impunitatis invenienda gratia, prohibendi sunt; sin autem jam surrexerunt, dedendi sunt ad supplicium cum hoc præconio: Homines nefariis in sano jus asyli non debent. Deinde difficilis est præfens assertio, dum in ea docetur, etiam patratioribus immanium, & graviorum scelerum jus asyli confugièntibus ad Ecclesiam competere; nam homicidæ proditorii ab altari avelli jubentur in cap. 1. de homicid. & assassini impunè extrahuntur ab Ecclesia in c. 1. de homicidio, lib. 6. igitur quia illis, qui graviora scelera perpetraverunt, etiam confugièntibus jus asyli non conceditur.

Hac dubitandi ratione forsitan moti nonnulli Doctores etiam ex Catholicis, existimantur usum asylo- rum non rectè introductum fuisse, & hanc immunitatem Ecclesiasticam nimis amplam esse, ut Henric. Salmut. ad memorab. Pancir. lib. 1. tit. 32. Ferrar. in praxi, Sarpus lib. 1. de jure asyli. Cæterum ille parum catholicè, isti verò minus piè rem tractarunt. Covar. lib. 2. var. cap. 20. Mauvius in cap. 20. Josue, hanc Ecclesiæ immunitatem aliquâ ratione taxant. Mauvium refert, & ab hæresis nota defendit P. Salcedo de regim. Princip. dist. differe. 31. & certè asylo- rum notio omnibus pervia est, sed non æquè intellecta ejus causa: quare ut eam plenè agnoscamus, hoc asylo- rum jus ab origine repetamus sigillatim de cogentes, tam apud Judæos Gentilis, quam Catholicos, Apud Judæos fuit asylo- rum, ad quod confugere rei possent, nempe altare, & tabernaculum. Eò confugit Joab, qui occiderat Abner, & Amasam, ut refertur libro 3. Regum, cap. 2. vers. 28. ibi: Fugit Joab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. Sed cum Salomon de medio tolli jussit, eo quod meditata cordis reus, religione loci tutus non esset, juxta legem Exodi cap. 21. relatam his verbis: Si quis per industriam occiderit proximum suum, ab altari meo evelles, ut morte moriatur. Tandem Demetrius Rex cum sibi voluntates Judæorum conciliare studeret, illud inter cætera in loci, & gentis illius gratiam concessit, ut quicumque confugeret in templum, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus ejus, obnoxii Regi in omni negotio dimitterentur. Refertur 1. Machab. cap. 10. vers. 43. & id propterea à Rege videtur indultum, ut hac ratione Judæis ostenderet, se illorum religioni favore velle, eamque sartam rectam conservare. Et ita templum apud Judæos pro asylo fuisse, docuerunt Abulenensis in capite 20. Josue, quest. 3. ubi Setarius & Andreas Mauvius, Becanus in analog. cap. 19. num. 3. P. Menochius de repub. Hebræor. libro 5. capite 6. Marquez in gubernat. Christ. libro 2. capite 32. Coqueus in not. ad D. Augustinum de civit. Dei, capite 14. Pineda de rebus Salomonis lib. 6. cap. 14. D. Joan. Suarez ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 2. sect. 9. num. 9. Gambacurta lib. 1. de immunit. cap. 8. D. Nicol. Anton. de exilio cap. 6. lib. 1. ex num. 12. ad finem. Etiam apud Hebræos cum ob eorum duritiam permisum esset cuique, ut cæderet percussorem propinqui sui, cujus successor ipse erat, dixit Do-

II.
De asylo
apud Im-
daos.



minus Moyſi, ut certas civitates pro refugio, & aſylo ſtatuere, ut illic ſervaretur occiſor donec iudicium ageretur; appareretque per acci- dens, ne, vel ex propoſito, a ignorantia, caſuve, ſed ad ſui tutelam hominem occidiſſet. Rem totam explicat Numerorum liber cap. 35. his verbis: *Ait Dominus ad Moyſem: Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos, quando tranſgreſſi fueritis Jordanem in terram Chanaan, decernite quæ urbes eſſe debeant in præſidio fugitivorum, qui volentes ſanguinem fuderunt, in quibus cum fuerit profugus, cognatus occiſi non poterit eum occidere, donec ſit in conſpectu multitudinis, & cauſa illius iudicetur. De iſtis autem urbibus, quæ ad fugitivorum ſubſidia ſeparantur, tres erant trans Jordanem, & tres in terra Chanaan, iam filiis Iſraël, quàm advenis, atque peregrinis, ut conſugiat ad eas, qui volens ſanguinem fuderit, &c.* Urbes iſtæ Levitarum ſex aſſignatæ fuerunt à Joſue poſt Moyſis deceſſum, ut traditur Joſue cap. 20. tres ultra Jordanem contra Orientalem plagam Jericho, nempe Boſſor, in deſerto, de tribu Ruben; Ramoth in Galaad, de tribu Gad; Gaulon in Baſan, de tribu Manafſe. Cis Jordanem iſtæ, Cedus in Galilæa, in monte Nephtali; Sichem in monte Ephraim; Cariatharbe in valle Hebron. De his civitatibus ait Oleaſter in cap. 35. Numer. has urbes oportebat non nimis amplas eſſe, nec parvas: non quidem parvas, ne neceſſaria ad vitam deficerent; non nimis magnas, ne ex frequentia nominum latere poſſet ſanguinis occiſi redemptor. Referunt & illuſtrant hoc jus aſyli improprie apud Hebræos ob neceſſam cauſam admiſſam Joſephus lib. 4. antiquit. cap. 7. Philo Judæus de ſpecialibus legibus, cap. 6. & 7. Iſidorus Peleuſota libro 3. ep. 108. D. Ambroſius de Abel, & Cain, lib. 2. cap. 4. Chriſtianus Andricomius in theatro Terra ſancta, Serarius, & Maſius in cap. 20. Joſue, Lorinus in cap. 4. Deuter. & in dicto cap. 35. Numer. Beyerlinch in theatro viæ hum. verbo Aſylum, & verbo Refugium. Novarin. lib. 7. Schedæus cap. 17.

12.
De jure
aſylorum
apud Gen.
166.

Aſyli ſi non cauſam, ſaltem jus nationes omnes mundi acceptum referre debent Gentibus, nec eſt quod diſputes, primusne invenit Cadmus, an Hercules? Illud conſtat, Herculis Thebani liberis, vel ut ſe ab inimicis tutarentur, vel ut ad ſe alios protraherent, aſylum, hoc eſt templum Miſericordiæ collocare. Servius ad lib. 8. Aeneid. Virgil. ibi: Poſtquam Hercules migravit de terris, nepotes ejus timentes inſidias eorum, quos avus afflixerat, Athenis ſibi primi aſylum, hoc eſt templum Miſericordiæ collocarunt, unde nullus poſſit abduci. Hiftoriam refert, & templum iplum deſcribit Statius Papin. libro 12. Thebaid. quem non gravabor totum appingere.

Urbe ſunt mediâ nulli conſeſſa potentum
Ara Deum, mitis poſuit Clementia ſedem,
Et miſeri fecere ſacram: ſine ſupplice nunquam
Illa novo: nullâ damnavit vota repulſâ,
Auditi quicunque rogant, noctesque,
dieſque
Ire datum, & ſolis numen placare querelis.
Parca ſuperſtitio: non thurea ſtammâ, nec
altus
Accipitur ſanguis, lacrymis altaria ſudant.
Maſtaramque ſuper libamina ſorta co-
marum

Pendent, & veſte mutatâ ſorte reſcâ.
Mite nemus circa, cultus, inſigne verendo
Vittata laurus, & ſupplicis arbor olivæ.
Nulla autem effugies, nulli conſeſſa metallo
Forma Dea, mentes habitare, & peſtora
gader.
Semper habet trepidos, ſemper locus horres
egenis
Cæcibus, ignora tantum felicibus ara.
Fama eſt deſeſſos acie poſt byſta paterni
Numinis Hercules ſedem fundiſſe nepotis.
Fama minor factis: ipſos nam credere dignum
Cœlicolas, tellus quibus hoſtita ſemper
Athene
Cui leges, hominemque novum, ritumque ſa-
crorum
Seminæque in vacua hinc deſcenditâ rep-
ras,
Sic ſacræſſe loco commune animantibus agris.
Conſugium, unde procul ſtarent traque, mi-
naque.

Regnaque, & à juſtis Fortuna recederet avi.
Ex Paulania, Ariſtophane, & aliis probant
Samuel Petitus libro 1. ad juſt. Atticam, tit. 1.
Germonius diſt. cap. 16. Serarius in cap. 9. Joſue,
Theophilus tom. 6. fol. 485. & de Numine, cui
ara hæc dicata eſſet, agunt Covarr. lib. 2. var.
cap. 20. num. 2. Ramirez à Prado in Pentecost.
cap. 16. Mariana in opus. pro edit. vulgata, cap. 6.
in fine. Spondanus in opus. pro edit. vulgata, cap. 6.
Marquez in gubernat. Chriſt. lib. 2. cap. 32. M. Fr.
Joſeph. de Aguirre ludo 10. per totum. Poſtea
jus hoc aſyli deſluxit ad Romanos; nam Romu-
lus, ut quàm plures haberet Romani Imperii in-
colas aſylum conſtituit, ſacrum videlicet quemdam
locum; inter collem, & Capitolium aperuit, quod
quisquis conſugeret, ab omni noxa liber eſſet, de
quo Ovidius lib. 3. Faſtor.

Romulus ut ſaxo locum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, jam ſige, tunc eris.
Virgilius lib. 8. Aeneid. Livius lib. 1. Juvenal.
ſatyr. 8.

Et tamen, ut longè repetas, longæque re-
volvās,

Nomen ab infami genis dædicit aſylo.

Ad quem Juvenalis locum alludens D. Auguſtini
lib. de conſenſu Evangelist. ait: Nec enim poſ-
ſunt dicere pietatem, ac mores ſuos à Diis gentium,
quas vicerunt, electos: nunquam hoc dicent ſi primor-
dia ſua recolant, ſacinosorum aſylum. Laſtantius
lib. 2. de divin. inſtit. cap. 7. lic ait: Romulus urbem
conditurus, paſtores, inter quos adoleverat, convo-
cavit. Cumq; is numerus condenda civitati parvus
idoneus videretur, conſtituit aſylum, & paſſim
conſugerunt ex ſinitimis locis peſſimi quique ſine ulla
conditionis diſcrimine. D. Cyprianus de idololorum
vanitate, ibi: Populus de ſceleratâ, & nocentibus
congregatur, & aſylo conſtituto facit numerum im-
punitas criminum. Poſtea aliis templis idem jus
aſyli datum eſt, ut referunt Cicero in oratione pro
domo ſua, ibi: Hic are ſunt, hic ſoci: hic Di
Penates. hic ſacræ religionis caremonia continentur:
hoc perſugium eſt ita ſanctum omnibus, ut inde
abſcipi neminem ſiſit. Romanos etiam aſylum ere-
xiſſe in templo Pacis, tradit D. Thomas lib. 2.
de regim. Princip. cap. 15. Aelius Lamprid. in vita
Hellogabali, ſic de Hellogabalo ſcribit: Hæſer-
tur occiſo Macrini factione patre (ut dicebatur)
Antonio, in templum Dei Hellogabali conſugiſſe, vol-
uit in aſylum, ne interficeretur à Macrino. Idem
quoque

quoque, immo longè sanctius confugium præbuerunt Romani Cæsarium statuis, ut constat ex *l. apud 17. ff. de adilit. edict.* quam doctè exponit Samuel Petitus ad *ll. Antias lib. 1. tit. 1. l. 2. ff. de his qui sunt sui, l. 1. l. 5. ff. de offic. Prefect. Urb. l. 28. §. 7. ff. de pœnis, l. 5. ff. de extraord. crimin. l. unic. C. de his qui ad statuas.* Briffonius *lib. 1. de V. S.* & plerique per calumniam illis utebantur, adeo ut essent, qui ut pœnæ exfortes se redderent, imaginem Cæsaris gestarent. Unde Tacitus *lib. 3. annal. ait: Incedebant deterrimi quisque cum licentia impune probrâ, & invidiam in bonos excitandi, arreptâ imagine Cæsaris.* Expressius scribit Philostratus *lib. 1. de vita Apol. Erat apud Aspendios asium Tiberii, & statua, que sanctiores illis in locis, venerabilioresque quam Jovis Olympii simulacrum habebantur, ita ut impietatis damnatus quidam fuerit, quod servum suum verberasset, qui drachmam argenteam Tiberii imagine signatam gestabat.* Facit *lex Senatusconsulto 38. ff. de injuriis, Borellus tom. 2. decis. tit. 36. num. 185.* Prosequuntur alia de hoc jure asyli apud Gentiles Joan. Kocher *in face hist. cent. 1. cap. 79.* Clapmarius *lib. 4. de jure domin. cap. 6.* Revardus *lib. 1. variar. cap. 6.* Corralius *lib. 5. miscel. c. 23.* Arnifcus *lib. 1. de repub. cap. 3. sect. 8.* Richerurf. *ad Salvianum de gubern. Dei, ad pag. 159. fol. 173.* Salmut. *ad Pancrol. lib. 1. memorab. tit. 31.* Sarpinus *lib. 1. de asyl. l. plus ad lib. 3. annal. Taciti, Cohel. in not. Cardin. cap. 15. congreg. 4.* Germon. *lib. 1. sacror. cap. 15.*

13.
De immunitate Ecclesie.

In lege gratia sunt, fueruntque jam à primis Ecclesie sæculis asyla, Ecclesie scilicet, & altaria Deo consecrata, à quibus abducere confugientes non liceret. Primum statutum ctedo in Concilio Atrufic, celebrato anno 341. num. 4. relato à Gratiano *in cap. eos qui, 87. dist. & Gelasius Papa, qui floruit per annos 492. in cap. fratre 17. quest. 41.* refert nunquam ante ipsum Principibus sæcularibus licuisse reos ad Ecclesiam confugientes invitò extrahere: & in Concilio Aureli. *can. 35.* celebrato anno 514. refertur jam ad antiquis Ecclesie canonibus fuisse statutum, ibi: *De hominibus adulteris, & furibus, si ad Ecclesiam confugerint, id constitutum observandum, quod Ecclesiastici canonis decreverunt, & lex Romana constituit, ut ab Ecclesie atris reos extrahere omnino non liceat.* Ex quibus verbis constat, canones de hac immunitate Ecclesiarum antiquiores esse ipso Concilio Aureli. quod verò de lege Romana ibi dicitur, referri potest, vel ad constitutionem Honorii, & Theodosii, relata in *l. pateant 2. C. de his qui ad Ecclesiam,* cujus historiam refert Baronius anno 414. & integra extat in actis Concilii Ephesini; vel ad secundam constitutionem Leonis relata in *l. 6. C. eod. tit.* cujus historiam tradit ipse Baronius anno 466. firmata fuit hæc eadem immunitas in Concil. Matifcon, celebrato anno 588. *in can. 8.* ubi PP. ita sanxerunt: *Comperimus quosdam Pseudo-Christianos de sacrosanctis Ecclesiis, sue religionis oblitos, fugitivos subtrahere; ideo censuimus, ut quicumque culpa compellente, aut potentum importuna non sustinens, sue gremium matris Ecclesia petierit, usque ad præsentiam Sacerdotis in eodem loco inconcuse permaneat, nulli permittens quolibet dignitatis gradu sancto, fugitivo etiam in locis sacris violentiam inferre. Si enim mundani Principes suis legibus censerint, ut quicumque ad eorum statuas fugerit, illasus habeatur, quanto magis hi*

permanere debent indemnnati qui patrocinium immortalis regni, & celestis adepti sunt? Adeundem canonem sciendum Patres moti fuerunt ob mirros, & diversos casus, qui variis in locis eo tempore contigerunt; & maximè ob eos, quos hoc eodem anno accidisse refert Gregorius Turon. *lib. 7. histor. Francor. cap. 21. & 22.* In Concilio etiam Mogunt. relato *in cap. sicut 17. quest. 4.* dum firmatur hæc Ecclesie immunitas, excipiuntur publici latrones, & in præfenti textu etiam illis & nocturnis depopulatoribus immunitas denegatur. Succellerunt constitutiones Innocentii VIII. qui anno 1485. hoc immunitatis privilegium non competere declaravit homicidis, incendiariis, depopulatoribus agrorum, Regis, & regni proditoribus: quam refert Bzovius anno 1487. & narrat Spondanus *in continuat. Baronii, anno 1485.* Tandem Gregorius XIV. his adjunxit assassinos, & homicidas proditorios in sua bulla, quam referunt Cherubinus *tom. 2. bullar. Vincent. Tancredus de virtute religionis, tract. 1. lib. 4. disp. 8.* & explicat Gambacurta: sed eam non esse in Hispania usû receptam, testantur Salgado *de supplicat. p. 1. cap. 2. sect. 3. num. 141.* Carrasco *ad ll. Recopil. cap. 3. §. 1. num. 20.* Hevia *in Curia Philip. 3. p. §. 11. num. 57.* Gutierrez *practic. lib. 2. q. 154. num. 4.* & agnovit Diana *p. 1. tract. 1. resol. 32.* Barbosa *de pensio. q. 8. num. 48.* ait dispositionem illius bullæ non esse usû receptam in ea parte, quæ prohibet extrahi reos ab Ecclesia, in cæteris verò esse receptam. Videndi sunt Frances *de competi. quest. 35. & 74. per tot.* Marinus *lib. 1. resol. 171.* Basilus *decis. 41.* Prædictos casus, & alios congerunt Interpretes, in quibus impune confugiens ad Ecclesiam, ab ea extrahi potest, quos longum foret recensere. Videndi sunt Boëtius Epon. *in præfenti.* Remigius de Goni, & Thom. Delbene *abé supra, Frances de competi. q. 79. 80. & 90.* Basilicus *decis. 9.* ubi agit de occidentibus Legatos, aut ministros Regios. Pereyra *d. 2. p. de manu regia. cap. 50.* Corralco *ad ll. Recopil. cap. 3.* Diana *passim tract. 1. in 1. 2. 3. 4. 5. & 6. parte.* Suarez *de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. & 12.* & circa personas, præcipuè infideles, hæreticos, & Judæos gaudentes, vel non hoc privilegio; Acuña *in cap. eos, 87. dist. Ricciulus de jure person. extra grem. cap. 12.* nec solum hæc immunitas concessa est confugientibus ad Ecclesiam, verum & ad crucem. Urbanus II. in Synodo Claromontan. supra relata: probat Grethserus *de crucel. lib. 1. cap. 64.* & merito, nam apud Gentiles confugientes quoque ad signa militaria tuti erant ab omni læsione, forsitan quia Imperatorum imagines illis plerumque annexæ erant. Taetius *lib. 1. annal. ibi: Nec aliud periclitanti subsidium, quam castra primæ legionis: illic signa, & aquilam complexus, religione se tuebatur.* Ammianus *Marcel. lib. 25.* ibi: *Fraudum conscius, & noxorum ad militaria signa confugit.* Idem etiam resolvunt Doctores de confugientibus ad Sacerdotem, dum defert sacrum corpus Domini nostri processionaliter, aut ad infirmos. Azevedo *in l. 2. tit. 1. num. 15. lib. 1. Recopil. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 1. ordin.* Quod etiam Paganorum exemplo firmari valet, nam & Flamini Diali tantus honor olim delatus fuit, ut si illes qui ad flagellandum ducebatur, supplex ad ejus pedes procubisset, eo die verberari piaculum esset. Aul. Gellius *lib. 10. noctium, cap. 15.* Plutarchus *in problem.* quin & apud nos Cardinalis occursum ad liberationem reo damnato prodesse,

si pileum imponat capiti ejus, qui ad supplicium ducitur, referunt, & probant Baldus, & Paulus Castrensis *in l. adjēctos, C. de appellat.* Bartholom. Capol. *cautel. 2.* Fornerius *rer. quotid. ubi supra*, Rouffel. *hystor. juris Pont. lib. 2. cap. 10.* De Ecclesia verò, ac ejus ambitu, ac cœmeteris ægimus infra *in capite Ecclesia, hoc titul. de immune. Eccles.*

14.
Traditur
ratio deci-
dendi.

His suppositis ratio præsentis assertionis, & hujus immunitatis provenit ex veneratione, quæ debetur Ecclesiæ, quia ejus honor læditur, si ille, qui confugit ad ipsam, violenter extrahatur. Accedit, nam si apud Gentiles ii, qui deprecabantur ad mortem ob scelus aliquod, si aram, si Dei simulacrum tenuissent, si denique Principis statuas, aquilas, signaque castrensis amplexi fuissent, se religione tutabantur, eosque inde abstrahere per vim piaculum erat; nonne æquum fuit vero Numinis nihilo minus venerationis impendi à Christianis, quam à Gentilibus vanissimis illis, commentitiisque Diis tribueretur? ut agebat Nicolaus *cap. 95. ad consula Bulgar.* supra relatus pro illustratione conclusionis. Adde hoc esse divinæ Majestatis documentum, dum ejus aedes, & templa, in quibus DEUM veneramus, illiq. e sacra facimus, apud nos sacrosancta adèd habentur, ut illa violari credamus, si qui ad ea confugerint, ut tuti esse possint, in loci sanctitate præsidium nostro vitio non invenerint. Tandem hæc immunitas pertinet ad rectam Reipublicæ gubernationem, ut post patratas cædes incitati vindictæ libidine animi eorum, quorum interest, priùs resideant, & componantur, atque ita consilio potiùs quam impetu res peragatur. Rectè ergo tot Ecclesiæ canonibus supra relatis statutum est, ne confugientem ad Ecclesiam quis audeat violenter extrahere. Hanc immunitatem variis, & miris prodigiis illustrat Theophilus *tom. 6. in Achatisto, fol. 485.* & confugientem ad Ecclesiam extrahens jure civili puniebatur capitali poenâ, *l. presertim, C. de his qui ad Ecclesiam: docent Menoch. de arbitr. lib. 2. capite 360. numero 68.* Farinac. *de carcerib. questione 28. numero 2.* & *in opusc. de immune. capite 20. numero 309.* Tusch. *verbo Ecclesia, conclus. 4. numero 2.* Azor *2. part. lib. 9. cap. 9. questione 11.* licèt, ut notarunt Suarez *dicto tom. 1. de relig. libro 3. capite 13. numero 1.* Bonacina *de immune. questione 6. §. 6.* hæc poena abrogata sit consuetudine. Sacris canonibus punitur hoc crimen multa triginta librarum examinari argenti, & judex potest eam poenam augere,

aut, minuere pro delicti, & delinquentium conditione, *capite si quis contumax 17. quest. 4.* excommunicatio infligenda est, & poenitentia publica imponenda, *cap. sent. cap. fratres, cap. defenit. 17. quest. 4.* quas poenas innovavit Gregorius XIV. *in d. sua bulla, §. 19.* hanc tamen centuram minimè reservatam esse Pontifici, sed à quolibet confessario tolli posse, docuerunt Diana *part. 1. tractatu 1. resol. 41.* aliis relatis Gibalinas *de censur. in synopsi, verbo Immunitas*, Castropalao *tract. 11. disputat. unic. punct. 12.* qui proximi tradit pro his locis, in quibus non est recepta bulla Gregorii.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, nam ex hac immunitatis concessione non rectè deducitur, Ecclesiam delicta fovere; nam Ecclesia defendendo confugientes ad eam, non fovet peccata, sed concedit misericordiam delinquentibus, ut rectè notarunt Gutierrez *pract. lib. 3. quest. 5. num. 9.* Germonius *lib. 3. de sacror. immune. cap. 16. num. 15.* & licèt interit Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, etiam Reipublicæ interest, quod Ecclesiæ sint refugium confugientibus ad ipsas, ob honorem & reverentiam Deo debitam, quod est majus bonum in ordine superiori; nec exinde datur occasio delinquendi, sed potiùs sumitur à malitia hominum talis occasio. Unde cum hæc immunitas sit statuta propter majus bonum, quod ipsa Ecclesia intendit, non debet prædicta occasio attendi. Etenim hujusmodi immunitas est primò majestas, reverentia, & honor Ecclesiis debitus. Secundò misericordia Dei, & benignitas Ecclesiæ. Quod autem ex hac immunitate nonnulla incommoda sequantur, non propterea abolenda, aut reprobanda ea est, quia nulla in regimine Ecclesiastico, live civili institutio, quantumvis bona, est, ex qua mali occasionem non arripiant scelera committendi. Quid enim melius, & sanctius, quam misericordia Dei? & tamen impitibuntur ea. Nec obstat augmentum dubitandi rationis deductum ex dicto capite *1. d. homicid. in 6.* nam ut supra dixi, licèt Innocentius III. in præsentibus tantum latrones, & agrorum depopulatores immunitate non gaudere dixerit; tamen ex aliis constitutionibus Pontificiis, & bulla Gregorii XIV. aliis etiam enormia delicta perpetrantibus hæc immunitas denegatur, ut referunt Barbosa *in præsentibus, Thom. Bennus tom. 2. de immune. cap. 16.* & in his casibus si judex Ecclesiasticus pronunciaverit, reum immunitate gaudere, à tali sententia appellari non potest: pluribus relatis docet Barbosa *libro 1. voto 8. num. final.*

CAPUT VII.

Idem in (a) Concilio Generali.

ADversus Consules, & Rectores civitatum, vel alios, qui Ecclesias, & Ecclesiasticos viros (b) tallis, seu collectis, & exactionibus aliis adgravare nituntur, volens immunitati Ecclesiasticæ Lateran. Concilium providere, præsumptionem hujusmodi sub anathematis distractione prohibuit, & transgressores, & fautores eorum excommunicationi subjacere præcepit, donec satisfactionem impenderint competentem. Verùm si quando fortè Episcopus simul cum clericis tantam necessita-

necessitatem, & utilitatem perspexerint, ut absque ulla coactione ad relevandas utilitates, vel necessitates communes, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia duxerint per Ecclesias conferenda, prædicta laici humiliter, & devotè recipiant cum gratiarum actione: propter imprudentiam tamen quorundam Romanus Pontifex prius consulatur, cujus interest communibus utilitatibus providere. Quia verò nec sic quorundam malitia contra Dei Ecclesiam conquevit, adjicimus, ut constitutiones, & sententiæ, quæ à talibus, vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo unquam tempore valituræ. Caterùm quia fraus, & dolus alicui patrocinarî non debet, nullus vatio decipiatur errore, ut intra tempus regiminis sustineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus. Nam & ipsum, qui satisfacere recusaverit, & successorem ipsius nisi satisfecerit intra mensem, manere decernimus Ecclesiasticâ censurâ conclusum, donec satisfecerit competenter: cùm succedat in onere, qui in honore substituitur.

NOTÆ.

1. (a) **G**enerali.] Lateranensi videlicet sub Innocentio III. ubi *cap. 6. & in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 3.* reperitur textus hic. De hoc Concilio nonnulla notavi in *cap. 1. de summa Trinit.*

(b) **Tallius.**] Tallia nomen à talliando, id est incidendo accepti; quoniam de bonis illatio hæc velut abscinditur, & talliatur: inter genera exactionum eam refert P. Blesensis *epist. 102.* ibi: *Quid de tallis. & actionibus? quid de obventionibus placitorum, & ceteris improbis excorsionibus loquar?* Exponunt Lindembrogus in *glossar. verbo Tallis.* Voslius de *utiis ferm. lib. 2. cap. 18.*

COMMENTARIUM.

2. **A**rgumentum hujus textus prorsus idem est cum capite *non minus, supra hoc tit.* ubi refertur canon Concilii Lateran. cujus hic meminit Innocent. III. nisi quod hic plus additur cautionis contra Consules, vel Magistratus, vel Officiarios civiles, qui clericis exactionibus oneraverunt. Primum ut clerici prius Romanum consulant Pontificem, quam in exactiones ulla hujusmodi, etiam voluntarias, atque spontaneas consentiant. Secundò ut constitutiones, & sententiæ laicorum talium (qui nimirum propter vexatos clericos excommunicati fuerint, sicut in ipso fonte clariùs exprimitur) inanes, & irritæ sint, nec ullo tempore convalescant. Tertio, ut excommunicatio talium laicorum periret etiam finito ipsorum

officio, vel magistratu; quin immò, ut & successores eorumdem simili involvantur excommunicatione, nisi intra mensem satisfecerint. Sed quia de hac immunitate latè egi *suprà in cap. non minus, hoc tit.* in præfenti tantùm referam, quæ ab Innocentio specialiter adjiciuntur. Primò videlicet, ut clericis tributa imponi non possint, etiam ob communem necessitatem, absque consensu Summi Pontificis: quod etiam firmarunt Alex. IV. in *cap. 1. cap. clericis, hoc tit. in 6.* Benedictus XI. in *extravag. unic. hoc tit.* Bulla in Cœna Domini, §. 18. & ita docuerunt Lugo *rom. 1. de iustitia, disput. 36. sect. 8. num. 127.* Gregor. Lopez in *l. 54. tit. 6. partit. 1.* Azevedo in *l. 1. titul. 3. lib. 1. recopil. num. 7.* Gutierrez *lib. 1. practic. q. 6. num. 3.* Azor *tom. 1. mor. lib. 5. cap. 13. quest. 8.* Bonacina *tom. 3. disput. 1. q. 19. punct. 3. §. 3. num. 15.* Castropalao *tom. 1. tract. 12. disput. unic. punct. 11. num. 7.* Diana *p. 7. tract. 1. resol. 9.* Castillo *tom. 7. de ter. tit. 1. cap. 9. num. 50.* Illud etiam adjecit Innocentius III. in præfenti, ut videlicet ordinationes laicorum excommunicatorum propter tributa imposita clericis irritæ sint, ac inanes, nec ullo tempore convalescant, sive detecta sit causa excommunicationis, sive non, ut exponit Boëtius Epon. in *præsenti, num. 12.* Tandem adjecit Innocentius, ipsos Magistratus sæculares etiam deposito officio non liberari ab excommunicatione jam incurfa; immò conveniri posse propter vexationem factam Ecclesiasticis personis, etiamsi utilitas principaliter ad Rempublicam spectaret, ut explicat Boëtius Epon. in *præsenti, num. 53.*

CAPUT VIII.

Idem in (a) eodem.

Quia plerique Prælati, ut (b) procuracionem aut servitium aliquod impendant Legato vel alii, plus extorquent à subditis, quam (c) solvunt, & in eorum damnis lucra sectantes, quærunt prædam potius quam subsidium in subjectis, id de cætero fieri prohibemus. Quod si quis fortè præsumpserit, & sic extorta restituat, & (d) tantumdem cogatur (c) pauperibus elargiri. Superior autem cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit in hujusmodi executione statuti, subjaceat ultioni.

NOTÆ.

NOTÆ.

(a) *Neodem.*] Concilio videlicet Lateran. generali, celebrato sub Innocentio III. ubi cap. 34. sub hoc summario, *de subditis non gravandis sub prætextu alicujus servitutis*, refertur hic textus, & in quinta collectione, *sub hoc tit. c. 4.*

(b) *Procuracionem.*] De procuracionibus, & à quibus præstantur, egi in cap. *procuraciones, de censibus.*

(c) *Quam solvunt.*] Valde æquum est, Præla-

tos Ecclesiæ pro colligendis iis, quæ Legato Pontificis procuracionis nomine penduntur, nullum decio, & quidem jurato, cap. *ego N. de jurjur.* quæ turpissimum est sub alieni subditii prætextu lucrare.

(d) *Tantumdem.*] Et ita duplum refunditur, non quadruplum, vel triplum, quia licet injuria sit hæc exactio, non tamen ullam rapinæ speciem continet.

(e) *Pauperibus largiri.*] Hæc verba expoliti in cap. *procuraciones, de censibus.*

CAPUT IX.

Gregorius IX. (a) *Astoricen. Episcopo.*

Ecclesiæ, in qua divina mysteria celebrantur, licet adhuc non extiterit consecrata, nullo jure privilegium immunitatis admittitur. Quia obsequiis divinis dedicata, nullis est temerariis ausibus profananda.

NOTÆ.

(a) *Astoricen.*] Contius, quem sequitur Boëtius Epon, in presenti, legit *Senonen.* nec facile cognosci potest, utra lectio verior sit. Si retineatur vulgaris inscriptio, quam & retinet Boëtius, Episcopo videlicet, de Astoricen. Prælato accipienda est, cum Senonen. Ecclesia temporibus Gregorii IX. Archiepiscopalis esset, ut notavi, in cap. 6. de consilio. De dicecesi Astoricen. egimus in cap. 17. de re judic.

COMMENTARIUM.

2. Immunitatem, seu jus asyli confugientibus ad Ecclesiam concedi, late probavi supra in cap. inter alia: unde in presenti tantum exponendum est, quibus Ecclesiis id jus asyli competat, & usque ad quem ejus ambitum. In hoc textu primo statuit Gregorius, Ecclesiam nondum consecratam per Episcopum juxta ritus supra relatos in cap. 1. de consec. Eccles. sed tantum dedicatam, & benedictam, ut hodie in usu est, ut Missæ sacrificium possit celebrari, gaudere hoc jure asyli, & merito; nam cum quoad omnia Ecclesia tantum benedicta basilica dicatur, cap. 1. de relig. domib. & in ea sacra mysteria peragantur, & divina officia celebrentur, merito omnibus privilegiis Ecclesiæ fruitur, ut docuerunt Suarez de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 9. Barbosa de jure Eccles. lib. 2. cap. 6. Sanchez tom. 2. consil. lib. 6. cap. 1. dubis 6. Thom. Delbene tom. 2. de immunit. cap. 16. dubis 9. sect. 2. Marini lib. 1. resol. cap. 178. Nec interest, quod in ea sacrosancta Eucharistia aserveretur, necne. Gambacurta lib. 3. de immunit. cap. 4. § 5. nec etiam desideratur, quod in ea Missæ sacrificium sit oblatum, ut probat Delbene d. sect. 1. qui sect. 3. idem resolvit de Ecclesia polluta, nec adhuc reconciliata: & sect. 4. idem tradit de Ecclesia interdicta: & sect. 6. idem resolvit de Ecclesia disuta sine superioris licentia: & sect. 10. idem probat de hospitali, seu oratorio Episcopi auctoritate constructo.

Secundò quoad ambitum Ecclesiæ sciendum

est, non solum Ecclesiam gaudere hoc jure asyli, verum & ejus cæmeterium, ex quo fontes abstrahi non debent, ex decreto Innocentii II. in Synodo Rom. cap. 22. quare olim in cæmeteriis collocatæ erant cruces, quibus septa, & ambitus designabantur, ne quis terminos illos transgredi auderet. Anonymus lib. 4. de miracul. S. Benedicti, ibi: *Denique cruces aliquantulum excelsas per gyrum cæmeterii posuerunt, quas nemo suum persequens inimicum transgredi audeat.* Nec tantum Ecclesia fruitur hac immunitate quoad internam partem, sed etiam quoad externam, videlicet totam fabricam, ita ut capellæ, balbæ, tectum, parietes, sacristiæ, & curretes hoc jure potiantur; quia omnes hi loci in lata significatione Ecclesia dicuntur, l. pateant, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. cap. id constitutum 17. quest. 4. argumento legis quæ religiosis, ff. de R. V. pluribus relatis probat Delbene d. cap. 16. sect. 6. etiam eodem privilegio gaudet Ecclesia quoad loca adhaerentia, videlicet claustrum, porticum, dormitorium, & similia loca. Delbene supra sect. 7. Idem dicendum est quoad confines, cap. sicut, cap. quisquis 17. quest. 4. l. presertim, §. ex his, Cod. de his qui ad Ecclesiam. In decreto Clotarii ad legem Salicam, l. 13. ibi: *Nullus latronem, vel quemlibet culpabilem sicut summis Episcopis convenit, de atrio Ecclesiæ trahere presumat.* Constitutio Theodori Junior. & Valentini. in l. pateant 3. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, quæ integra reperitur ad Calcem Concilii Ephesini, & eam transcripsit I. Gothofr. sub eodem tit. in Theod. ejusque constitutionis historiam referunt Socrates lib. 7. histor. Eccles. cap. 32. Niceph. Calixt. lib. 14. cap. 32. Marcel. Comes in Chron. Baronius anno 431. num. 3. Supponendum enim est, jam à primis Ecclesiæ canonibus certum spatium præscriptum fuisse pro atrio, vel ambitu templi, ut refertur d. cap. sicut, ibi: *Sicut à sanctis Patribus est statutum, ut major Ecclesia per circuitum 40. passus habeat; capella vero, vel Ecclesia minores 30.* Et in Concilio Tolet. 12. can. 10. ante Nicolaum ipsius textus auctorem celebrato, ita statuitur: *His ipsis, qui Ecclesias petunt,*

per omnia licitum in 30. passibus ab Ecclesia ianuis progredi, in quibus 30. passibus cuiuscunque Ecclesia in toto circuitu defendatur: sic tamen, ut qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè separatis domibus ab Ecclesia nullo modo obcelentur. Hunc ambitum passus Ecclesiasticos vocat Joan. Papa relatus à Gratiano in cap. quisquis 21. 17. q. 4. Bosqueto ad Innocent. III. lib. 1. epist. 164. ibi: Si quis infregerit Ecclesiam, vel 30. Ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesie sunt, &c. Etiam hoc spatium canonicum dixit Innocent. III. in dicta epistola 164. ibi: Patracensi Archiepiscopo canonicum spatium circa Ecclesiam relinquatur. Et passus dextros dixerunt PP. Synodi 6. in Trullo, can. 6. Synod. Coyacen. ibi: Prohibitum fuit violentè reum abstrahere intra dextros Ecclesie, qui sunt 30. passus. Marculfus formul. 104. ibi: Habet in longo dextros tantum. Notavit Cironius in cap. 2. de iure patron. in 5. compil. Nec omittendum est, quod auctores finium regundorum de terminis ædium sacrarum à Gentilibus præfixis, & designatis referunt; siquidem ut ambitum loci sacri definirent, quatuor aras à quatuor mundi partibus humi defodiebant, ut si templi limites quærerent; hi termini proderent quousque religio pertineret: ita enim habet Dolabella de finibus, apud Aggenum ibi: Fines templares sic quæri debent, ut si in quadrifi-

nio es positus, & quatuor possessionibus finem facis, & quatuor aras quæris, & ad eas quatuor ingressus habet, ideo ut ad sacrificium quisque per agrum suum intraret: quod si desertum fuerit templum, & aras sic quæris, longè à templo quæris pedibus 15. & invenis vilia fundamenta aliqua: quod si inter tres, tres ingressus habet; inter duos, duos ingressus habet templum. Et quia ambitus iuxta veterem formam Ecclesiarum, quam referunt Baronius anno 57. Cironius ad ritul. de Eccles. edific. Gothofr. in d. l. pateant, Leo Alat. de mensur. templor. erat sub una contiguatione, ut hodie videtur in monasteriis Carthusiensibus, & habemus hodie regulariter ambitum illum extra Ecclesiam, non sub eadem contiguatione; & tam Innocent. in præfenti, quam Gregorius in dicta bulla nullam ejus ambitus fecerunt mentionem, recessum videtur à jure antiquo, atque ita usus obtinuit, ut tantum Ecclesia cum cœmeterio gaudeat hac immunitate, ut docent Farinac. de immunit. Eccles. quest. 17. Sarpus de jure asyl. cap. 4. Covar. lib. 2. var. cap. 20. num. 5. Cutel. de libert. Eccles. lib. 1. quest. 27. num. penultim. I. Gothofr. in l. 4. C. Theodos. de his qui ad Eccl. & circa cœmeteria latè fundant Barbofa de jure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 63. Murga tom. 1. disquis. tr. 1. disquis. final. Frances de compet. q. 76.

CAPUT X.

Idem (a) Toletano, & (b) Compostellano Archiepiscopo.

Immunitatem Ecclesiasticam. Et infra: Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesie obtinere sperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, vel earum cœmeteriis committere non verentur: qui nisi per Ecclesiam, ad quam fugerint, crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri. Et infra: Cum autem in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat: & frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem: mandamus quatenus publicè nuncietis tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt se indignos.

NOTÆ.

1. (a) Toletano.] D. Roderico videlicet, qui eruditus vir interfuit Concilio Lateran. sub Innocentio III. celebrato, & auctor fuit Chronicæ generalis Hispaniæ: rexit Toletanam Ecclesiam usque ad annum 1245. ut refert D. Roderic. de Piffa in hist. Tolet. lib. 4. cap. 17. De Toletana Primatiali Ecclesia egi in cap. covar. de integritate restit.
2. (b) Compostellano.] D. Bernardo videlicet II. hujus nominis, qui electus fuit anno 1224. & floruit usque ad annum 1240. ut refert Agid. Gonzalez in theatr. Eccles. Compost. cap. 12. & de ea egi in cap. ex parte, de censibus.

COMMENTARIUM.

3. Regulam generalem, videlicet confugientem ex quacunque causa ad Ecclesiam, ejus immunitate gaudere, probavi, & illustravi supra in cap. inter alia. In præfenti tantum proponitur exceptio illius regulæ, in eo videlicet,

qui spe immunitatis in ipsa Ecclesia delinquit. Et docetur homicidam, seu mutilantem membrum in Ecclesia, aut ejus cœmeterio, immunitate non gaudere. Consonant Gregorius XIV. in sua bulla, ibi: Qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesia, vel cœmeterio committere non verentur. Justinianus in novel. 117. cap. 15. §. quia verò, ibi: Non enim debent hujusmodi persona in venerabil loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt. Ratio adducitur à nostro Gregorio; quia frustra Ecclesie auxilium invocat, qui in eam committit, cap. in audientia 25. de sent. excomm. cap. quia frustra, de usur. quæ phrasis usurpata est ex l. auxilium 37. ff. de minor. docent Suarez d. tom. 1. lib. 1. cap. 9. Barbofa lib. 2. jur. Eccles. cap. 2. num. 103. Tiber. Decian. lib. 6. tract. crimin. cap. 28. Basilio decif. 5. crimin. Boëtius Epon. in præfenti Thom. Delbene tom. 2. de immunit. dubit. 19. cum sequent. Cutel. lib. 2. eodem tract. cap. 3. & 42. Marinis lib. 1. resol. 170. & alleg. 80. Nicolaus Vander. singul. 61. qui varios casus inde resolvent de perpetrantibus alia delicta præter homi-

homicidium, & membrorum mutilationem in ipsis Ecclesiis; de mandante hæc delicta intra Ecclesiam; de occidente ex Ecclesia cum, qui extra est, vel è contra: in quorum resolutione tam proni sunt Diana, & Thomas Bennus ad immunitatem concedendam, quam Cutellus ad illam denegandam. Si integram Epistolam nostri Gregorii IX. præ manibus haberemus, faciliè juxta eam casus illi deciderentur: dum hoc fragmento tantum fruimur, credimus mentem Gregorii esse, ut ea immunitate non gaudeat, qui deliquit in Ecclesiis, vel eorum cœmeteriis, spe fruendi immunitate, & quasi Ecclesiæ securitate motus, quia tunc procedit ratio adducta à Pontifice: si autem homicidium committat in ipsa Ecclesia, & cœmeterio casu, & per accidens, nullâ habitâ consideratione ad securitatem, quam Ecclesia illi præstabat, sed potius dum se defenderet, etiam non servato moderatione inculpatæ tutelæ, non est dubium immunitate Ecclesiæ gaudere, ut doctè probant Sesse rom. 2. decis. 14. per tot. Sarpus de jure asyl. cap. 5. immò qui cum armis fugit in Ecclesiam, & ea retinet, immunitate non gaudet, l. 4. C. Theodos. de his qui ad statuas confug. Ubi Gothofr.

Similiter si extra Ecclesiam, & ejus cœmeterium homicidium perpetravit, etiam cum spe confugiendi ad Ecclesiam, immunitate ejus gaudet, ut expressè decisum fuit ab Urbano II. in Concilio Claromont. suprâ relato in cap. inter alia. Unde credo, juxta copulativam illam, & quæ utitur Gregorius in præfenti, desiderari in homicida, aut mutilante in Ecclesia, aut cœmeterio, ut Ecclesiæ immunitate privetur, quod spe, & animo utendi eo beneficio, & quasi securus delictum illud perpetraverit in ipsa Ecclesia, aut cœmeterio. Si autem seorsim, vel mutilaverit in cœmeterio, five Ecclesia; tamen ea securitate non motus, vel extrâ deliquerit, spe confugiendi ad Ecclesiam, semper ille immunitate gaudeat: & licet Gregorius in præfenti tantum de occidente, aut mutilante in Ecclesia, vel ejus cœmeterio egerit, idem dicendum est de aliis delictis, ex quibus immunitas Ecclesiastica competit, si extra Ecclesiam, & non ob ejus securitatem perpetrentur: & quoad mandantem homicidium, aut mutilationem, idem dicendum censeo, ac circa ipsam manu propria occidentem, vel mutilantem, quicquid Delbene, & Cutel. senserint.



TITVLVS L.

Ne Clerici vel Monachi sæcularibus negotiis se immisceant.

CAPUT I.

Ex Concilio (a) Maguntino.

Providendum necessariò est unicuique Episcopo, qualiter Canonici vivere (b) debeant, necnon & monachi, ut secundum ordinem regularem vivere studeant, ut, sicut ait Apostolus, unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat, & ut à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt enim negotia sæcularia, de his tamen (c) pauca perstrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, non solum (d) in immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia. Quicquid plus justo (e) appetit homo, turpe (f) lucrum, (g) munera injusta accipere, vel etiam clarè pro aliquo sæculari (h) conquestu (i) aliquem conducere: contentiones & (j) lites, vel rixas amare: in placitis (k) sæcularibus disputare, exceptâ defensione orphanorum, aut viduarum: conductores aut (l) procuratores esse sæcularium rerum: (m) turpis verbi, vel facti jolatorems esse, vel (n) jocum sæcularem diligere: aleas amare: (o) ornamentum inconueniens proposito suo quærere: in deliciis vivere velle: (p) gulam, & ebrietatem sequi: (q) pondera injusta, vel mensuras habere: negotium injustum exercere. (Nec tamen iustum negotium est interdicens, propter necessitates diversas, quia legimus (r) Sanctos Apostolos negotiatos esse. In regula S. Benedicti præcipitur providere, per quorum manus negotium monasterii transeat.) Canes, & aves lequæ ad venandum. In (s) comestationibus & vino lautè nimis incumbere, superfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere. Quæ omnia ministris altaris interdicens, hortantes eos servare illud Apostolicum: (t) Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.